

IN NOMINE JESU!  
**EXERCITATIO-**  
**NES ETHICAS, PUBLICIS**  
XXVI. DISPUTATIONIBUS PRO-  
POSITAS,  
IN ILLUSTRI ACADEMIA VVITEBERGENSI  
**SUFFRAGANTE AMPLISSIMO PHILO-**  
SOPHORUM COLLEGIO.

M. JOHANNES *Deutschmann* /  
Jutrebocensis Saxo.

# WITTEBERGÆ,

Litteris Johannis Haken, 1650

MB

50-15.

## VIRIS

Autoritate Amplissimis, Gravitate Excellenissimis, Sa-  
cientia atq; Prudentia Multitudine, nec non omni  
Doctrina Genere Clarissimis, ut & de Universa re li-  
teraria, & cum primis de Illustri VVittebergensium A-  
cademia, Meritisimis,

DN. AUGUSTO BUCHNERO, Elo-  
quentia atq; Poëeos Prof. Publ. incomparabili,  
Amplissimi Collegii Philosophici, Totiusq; Aca-  
demiae Seniori Venerabili, & DECANO p.t. Spe-  
cialibili,

DN. REINHOLDO FRANCKENBERGERO, Hi-  
storiarum Professori Ordinario,

DN. JOHANNI SPERLINGIO, Physicæ Professori  
Publico,

DN. CHRISTOPHORO NOTNAGELIO, Supe-  
riorum Mathematum Professori.

DN. JOHANNI ERICO OSTERMANNO, Gra-  
cæ Linguæ Professori Publico.

DN. NICOLAO POMPEJO, Inferiorum Mathema-  
tum Professori Publico,

DN. ANDREÆ SENNERTO, Hebrææ aliarumq; Lin-  
guarum Orientalium Professori Publico,

DN. MICHAELI WENDELERO, Sacrosanctæ Theolo-  
giae Doctori, & Moralium Publico Professori,

DN. CHRISTIANO TRENTSCHIO, Logicæ atque Meta-  
physica Professori Publico,

DOMINIS PATRONIS, PROMO-  
TORIBUS atq; PRÆCEPTORIBUS  
SUMMO HONORIS ATQUE OBSER-  
VANTIAE STUDIO COLENDIS

*Calorem atq; felicitatem à Christo felicitatis  
fonte precatur*

# VIRI AMPLISSIMI ET EXCELLENTISSIMI, PATRONI SUMMI,



Ulo ut sunt studiorum media, ita totidem studiosorum numerantur requisita. Illa quine negligit, ad perfectam Eruditionis ~~arunc~~ nunquam ascendit; hæc vero qui remittit, potissimum studiorum statū polluit, omnemque elegantiam atque ~~soratias~~ ipsi adimit. Et cum illa his sint priora, illorum ordinem prius allegare placet, ut horum splendor eō evadat illustrior. Media studiorum sunt *Exercitatio & Repetitio*. Prius generationi, posterius conservationi respondet. Res absque generatione nulla est, & quicquid suum esse habet verum, illud, excepto Deo immortali (qui solus nullum suæ productionis principium admittit) semper habet certum suæ constitutionis initium. Enī enim à se nullum est, ut judicant primæ sapientiæ Doctores. Tanta igitur necessitate res omnes suæ constitutionis requirunt veritatem, quantā in se essentia desiderant integratatem. Neque quisquam in eo potest invenire refugium, conformitatem exercitationis cum generatione paulo esse obscuriore, cum Natura det esse Eruditoni, Disciplina itidem det esse. Naturæ enim suum tribuimus hoc in genere statum, & disciplinæ debitum relinquimus officium. At si rem paulo altius repetimus, dat suum esse Natura eruditioni, sed subjectivū; dat disciplina etiā suū esse, sed objectivū; sola Exercitatio dat esse ultimatum, constitutum.

(.) 2

tivum.

vum & applicativum, immo ipsa immediata produceat eruditionem. Natura materia habet respectum, quem eruditionem recipit; disciplina rerum occupat locum, quoniam Eruditionis capita exponit, sed Exercitatio utramque fideli atque constanti vinculo conjungit. Exercitatio igitur est ipsa Eruditionis anima, solidaque perfectionis officina. Haec vera est Exercitationis natura, cum sit ipsa Eruditionis productio: Sed, quae sine conservatione est, productio eodem, quo incipit, esse desinit momento. Necessaria igitur est Eruditionis conservatio, necessaria est repetitio, quam sime, quae multo labore didicimus, facilissimo negotio iterum dediscimus. Habet humanum corpus suum esse, si animam sibi gerat presentem; verum nisi ex quotidiano cibo suum attrahat nutrimentum, mulcum pederentim capit detimenti. Cibus eruditionis, solidusque ejus succus in repetitione consistit assidua. Ut igitur homo absque cibi nutrimento ita Eruditio absque constanti repetitionis alimento conservari nequit. Et si quis sola non movetur necessitate (cum necessaria plerisque videantur coacta & tantum non violenta) repetitionis tamquam commovetur jucunditate, quia secundum illud vulgatum, *Lectio lecta placet, decies repetita placebit*: imo multiplici permoveatur utilitate, quam Eruditioni praestat repetitio. Cibus sicut ex summa necessitate sit admissus, & multa cum voluptate ventriculo immissus, nullum tamquam corpori dat nutrimentum, nullum incrementum, si statim per membra dimittitur, & non per iteratas coctiones in succum & sanguinem convertitur. Idem de repetitione ferendum est judicium. Haec praesente vigent, absente etlangvent omnis generis studia. Cum verbis  
maxi-

maxima sit studiorum dignitas, non tantum horum  
media, sed etiam studiosorum, per exercitationem,  
atque repetitionem eruditorum, requisita & officia  
sunt observanda. Duo potissimum hic sistimus, quo-  
rum prius *Pietatis*, alterum *Gratitudinis* meretur no-  
men. *Pietatis* sit studiosus mancipium, quia pietas  
colit Deum: Deus autem dat omnia. Dat inter-  
na ad eruditionem necessaria membra, & cum *Nihil*  
*sit in intellectu*, quod non ante fuerit in sensu, dat etiam  
externorum sensuum adiumenta. Præterea dat res  
cognoscendas parentes studiis bene cupientes, Præ-  
ceptoribus fideles, & alia, quocunque veniant nomine,  
necessaria. *Gratitudinem* denique qui à studio  
exulare posse putat, mundum sole carere posse judi-  
cat, ad eoque perniciosissimum errorem errat. *Grati-*  
*tudinem* debet parentibus, *gratitudinem* debet Pro-  
motoribus, patriæ &c: primam tamen *Alexandri Ma-*  
*gni* verè Magno judicio *Præceptoribus*. Et ne in re  
manifesta verborum multitudine vel tardium in eru-  
ditis, vel suspicionem in erudiendis excitare videar,  
non plura dictis verba apponere, sed proprius ad ipsū  
institutum accedere lubet. *Studia* hic mea videtis.  
*Viri Amplissimi*, eadem etiam antea vidistis. Colui  
ea exercitatione, & ad præsentem usque statum exco-  
lui repetitione. Sunt illa *Dei dona*, & *Vestra*, *Præ-*  
*ceptores Fidelissimi*, *beneficia*. *Vestro labore*, ve-  
strosq; favore stant omnia, florent singula. Non Vo-  
bis cù multis communia allegabo *beneficia*, quæ in-  
hac mihi contigerunt Academia, sed breviter saltem  
ea enarrabo, quæ *Vestra* Amplissimæ Facultati sunt  
propria. Primam debo Vobis laudem, quia primi

vos fuistis, qui studia mea suscepistis, & publicis Ma-  
gisterii honoribus ea coronasti. Secundam Vobis  
offeropietatem, quod in Lectorum numero me vi-  
vere, & privatim studia mea excolere jussisti. Tertiā  
ad vestros pedes sisto gratitudinem, qui publicam  
mihi aperuisti cathedram, & publicarum disputati-  
ōnum copiam fecisti, ut publici præsidis fungerer  
officio. Singula beneficia à me singula postulant de-  
bita: illa cum viribus meis sint majora, hęc à me justa  
non possunt expectari mensurā. Totum me offero,  
omnia mea studia Vobis affero. Acceperunt illa plu-  
rima à Vobis beneficia, & nec minora, nec pauciora  
posthęc expectant. Hęc à Vobis orta sunt studia, à  
Vobis sumserunt & incremēta & ornamenta, ad  
Vosigitur, Viri Amplissimi, omni jure redeunt. Ve-  
stra sunt, Vestra manebunt, quotquot in me sunt, stu-  
dia. Exercitationes jam absolvi Ethicas, quia Exerci-  
tatione omnis constat eruditio. Vestrilaboris est of-  
ficiū, Veltriq; favoris beneficium, quod in his Ex-  
ercitationibus reperitur. Ad Vestrū ergo me re-  
cipio favorem, ut cum studiorum meorum ī sit fun-  
damentum, idem etiam omnium laborum meorum  
maneat ornamentum. Et cum in Eruditione, ut ante-  
ta est expositum, assiduū opus sit repetitione, hujus  
etiam copiam à Vestr. Amplitud. semper expecto,  
ut Amplissimus Vester Favor, qui harum  
Exercitationum est Autor, etiam repetitio-  
nis studiorum meorum sit conservator. Of-  
fero igitur has Exercitationes Ethicas, vestrī personis  
Amplissimis licet haut dignas, summo tamen favori  
Vestro maximē consonas, solemnī modo, dum pu-  
blicē Vesta Amplissima Nominalis præscribo; sole-  
mini

mni formula, dum illis Vestris Numinibus, ut Patronis meis Maximis, Do, Dico, Dedico; solemnis scopo, ut sereno, quod ajunt, vultu eas adspiciatis, & à mea tenuitate amicā manu suscipiatis; solemnis voto, ut Deus Spectabilem Amplissimi Vestri Collegii Decanum & Venerandum non tantum Collegii Philosophici, sed totius etiam Academiae Seniorensis diu servet, eundemque per universum Decanatus circulum hisce diebus noviter inchoat utn jubeat esse salvum atque felicem, ut & hujus semestris Decanatum felici fato finire, & post iterata lustra sapientius ad eundem honoris gradum redire, Vestroq; Amplissimo Ordini summo cum incremento Studiorū Philosophicorū multos posthac Decanatq; jubilatos restituere possit. Servet Præterea summus Studiorū Philosophicorum Patronus Vestrum Amplissimum Collegium, Excellentissimosq; in eo scriptos Patres, benedicatq; vestris laboribus, vestris honoribus, omnibusq; conatibus & scholasticis & domesticis, ut & studia Philosophica sub Vestris Nominibus semper florent, & divina beneficia omnia & singula ad Vestras familias quotidie redeat, ne ullū bonū absit, sed si per Vos sitis Benedicti Domini. Hoc, qui totq; Vester est, à Deo perit ut séper, ita potissimum hoc mense, qui est solemnis toti & soli Amplissimo Collegio Philosophico, quod per exactum Decanatus circulum semper habuit suam integritatem, nullamq; feralem vidit cladem, reliqvis vel morte, vel alio casu mutilatis Collegiis, dumq; novam hanc ingreditur Decanatus,

EGVO-

revolutionem, eandem felicitatem, omnesq; alios  
prosperitatis gradus universis & singulis jubeat. ades-  
se Deus Opt. Max. quod orat atque scribit. d. 25. Maj.  
anno 1633. Wittebergæ.

VV. Amplitud.  
devotissimus

M. Johannes Deutschmann.

11.  
IN NOMINE JESU!

EXERCITATIONUM ETHICARUM  
DISPUTATIO I. PROOEMIALIS

*Deo*

# NATURA ETHICÆ.

*Quam,*

In Illustri Wittebergensium Academiâ

PRÆSES

M. JOHANNES *Deutschmann*  
Jütrebocensis Saxo.

ET RESPONDENS

ZACHARIAS SCHARNOVIUS,  
Jütrebocensis.  
*proponunt publicè.*

Ad d. 17. Septemb. In Auditorio minori.

---

WITTEBERGÆ, TYPIS JOHANNIS HAKEN,  
M DC LI.

IN NOMINE IESU  
EXERCITATIONUM ETHICARUM  
DISTILLATIO PROCEDELLI

de

# АЯТЯИ ЭТИЧЕ

in Halle-Wittenbergium Academiam

erasas

## JOHANNES MILLETTUS

[utopocoum, stra]

et RASTONIUS

## ZOCHARIUS SCHARNOVIAUS

[utopocoum, stra]

biologum, papa

ad tunc scriptam in Antiquis ratione

---

+ УЧЕНИЕ ПОДРОБНОЕ ТОЧНОЕ  
ЧИСЛЕННОЕ

AL NO



I. N. J.

**S**i Prisci Oratores, ut testis *Valerius* nomine non tantum, sed ipsa etiam re *Maximus*, olim ab Iove Opt. Max. benè orsi sunt, i excellentissimi vates à numine aliquo principia traxerunt, Nos quoq; non illotis, quod ajunt, manibus nostras disputationes Ethicas aggredimur, neq; sine numine earum exordium sas cimus. Fuere enim illi gentiles, nos fideles; fuerunt illi *άρεσι*, nos Christiani, ut majori etiam religione & pietate nostras nos deceas inchoare operas. Ut igitur felix sit hic nostri Collegij Ethici ingressus, felicior progressus, felicissimus egressus, à felicitatis autore & datore omnem nobis fidelicorde promittimus successum. Cū enim hic sit morum honestorum formator & conservator, de moribus honestis veram nobis doctrinam communicare poterit. Ab ipso igitur & propter ipsum petimus, ut per veritatis Spiritum mentem nostram quoad *γνῶσιν*, manus & linguam quoad *άρενσην*, vitam deniq; totam quoad *τεχνην* ita gubernare velit, quo omnia ad veritatem, omnia ad honestatem dirigantur. Sint jam hoc sub Duce disputationis nostræ primæ de *Natura Ethica Theses*.

1. Duabus præprimis facultatibus Conditor universi hominem coronavit, quibus reliquas creaturas supereminet omnes. Cū enim reliqua animantium species ratione sint expertes, nullâ etiâ sint voluntate prædicta, solus ex visibilibus mundi creaturis sibi eas vendicat homo. Hic quia futurus erat princeps rerum creatarum, singulares ipsi Creator tribuebat excellentias, rationem singularē, singularem voluntatem, reliquas ut posset creaturas gubernare, sumum verò creatorem venerari, eiq; debitam ex fidelicorde obedientiam præstare. Hanc subjectionem quia homo rejecit, seipsum etiam dejecit; ita quidem, ut intellectum jam obscuratum, voluntatem verò penitus corruptam habeat; utraq; ergo & intelligendi & volendi facultas multis indiget medicis, multis opus habet remediis.

A 2

2. Inter

2. Inter alia autem media & remedia non ultimum, nec ullo modo contemendum est nobilissimum Philosophiae studium. Illud enim reficit, in quo homo deficit. Deficit homo, quoad intellectum, in cognitione veri; sed perficit intellectum Philosophia, quæ dicitur *Theoretica*: illa enim hunc sibi præfixum habet scopum, ut mentem nostram ab ignorantia veri liberet, & intellectum nostrum illuminet, ut veritatem ex omnibus rebus educat, in lucem producat, eamq; in animos nostros introducat & sic amissam illam intellectus integratatem quadantem, ex parte reducat. Deficit homo, quoad voluntatem, in actione boni; in hac facultate perficienda occupata est Philosophia, quæ dicitur *Practicæ*, cum virtutum nobis explicet naturam, virtutum tradat causas, & diligenter exponat virtutes assequendi modum. Theoreticam hoc tempore seponimus; Practicam nobis tractandam proponimus, eam vero non totam, sed quam vocant generalem partem, vulgo dictam *Ethicam*, cum in morum doctrinâ explicandâ versetur.

3. Ut autem in hoc Ethico studio justo progrediamur ordinne, nec omnia proponamus confusè, certis limitibus nostras disputationes includimus. Nam ordinem multum juvare in rebus cognoscendis & pernoscendis, is novit, qui vulgatum illum versiculum observavit: *Ordine pervenies, quo non licet ire labore*. Sicut è contra confusè si omnia proponuntur, confusè saltet & imperfектè ea cognoscuntur.

4. Duplicem igitur nos ordine suscipimus tractationem, primam *extraessentialē*, alteram *essentialē*. Illa est præcognitionum, hæc præceptorum; illa confusam, hæc distinctam parit notitiam; illa definitione & divisione, hæc præceptorum recitatione & explicatione absolvitur. Cum enim secundum Philo. l. i. post c. i. πῶν διδασκαλία νὴ πῶν μάθεις Διεγοντινὴ ἐν τῷ οὐπαρχόντι γνώσεως γίνεται h.e. omnis doctrina & omnis disciplina ratiocinativa fiat ex antecedente cognitione; utique hæc præcialis tractatio omittenda penitus non est, quia ea definitionem propoñit, naturam rei breviter exponit, & totius futuræ tractationis rudem quandam *ονταγένεσιν* nobis ob oculos ponit; priora definitione, posterius divisione fieri certum est. Non enim à summâ seu

seu extrema ignorantiā ad perfectam cognitionem subitaneus datur progressus, sed à generalioribus ad specialiora, à confusis ad distincta paulatim procedendum est, ut loquitur *Plur. Rever. & Excell. Dn. D. Wendel.* in dictati privatissimi.

5. Quod concernit Definitionem, est ea alia nominalis, alia realis; cum nec nomina sint negligenda, nec res sint omittenda, sed haec cum illis conjungenda, quo tractatio sit continua & perfecta, neutiquam verò huic & imperfecta.

6. Nominis explicatio continet i. Etymologiam, seu vocis originationem, unde hæc disciplina suam accepit denominationē. Dicitur autem ea, Ethica; quod nomen ex Græcorum Philosophia ortum trahit, cùm in se non latinum, sed Græcum sit. Sicut enim omnes Philosophiæ partes græcas habent appellationes, ita etiam Ethica, quæ prior Præctica Philosophiæ pars est. Unde colligimus, quod hoc nomen sit antiquissimum, cùm à primis græcis sit inventum, & huic morali disciplina impositum.

7. Ratio autem hujus appellationis desumpta est (1) à causâ Efficienti, à conservudine seu assuetudine, quia assuetudine virtutes morales comparantur, quibus tanquam mediis homo ad summam felicitatem perducitur. (2) à causâ materiali, nim. τὸν ταῦτα σὲ μέρη seu à morib⁹, quia circa hominum mores informandos, & ad honestatem reformatos versatur Ethica. Unde etiam Doctrina morum, Disciplina moralis, Philosophia moralis passim ab autoribus nuncupatur. (3) à causâ formalī: ἔθω enim græcis est ex conservudine facio, seu ex habitu acquisito operor. Non iste Ethicus est, qui modo bonus, modò malus, sed qui ex habitu virtutis omnes suas actiones secundum honestatis ductum instituit. Neque illæ sunt Ethicæ actiones, quæ qualemeunq; sed quæ habitualem habent bonitatem. (4) à causa finali, seu potius ab effecto: Quia Ethica hominum turbulentos affectus, actiones inordinatas & mores enormes ad conformitatem, suavitatem & humanitatem reducit. Nam ipsis significant mores leniores & saviores, quos secundum Rhetores in Exordijs potissimum adhibere solemus.

8. Originationem excipit Equivocatio. Sumitur autem Ethica

**vox** (1) *generaliter*, pro totâ Philosophiâ Practicâ , quat. ea non saltem generalem, sed etiam speciales includit partes, & tribus absolutur disciplinis : *Morali* , *Civili* & *Oeconomica* . (2) *specialiter*, pro primâ Practicâ Philosophiæ parte, quæ est generalis & reliquis partibus nim. Politica & Oeconomica est *contradistincta* , cùm in genere doctrinam virtutum, earumq; finem sc: Summum Bonum , non habito respectu ad certum quandam statum, sive is sit publicus sive privatus explicet, & ita sumitur h. l. Huc faciunt & aliae distinctiones vocis Ethicae. Sumitur enim vel *abusive* & *equivocè* , vel *propriè*. Illo modo, pro nudâ præceptorum notitiâ, præcisâ actione honestâ, quam tamen potissimum Ethicus respicere debet, cùm ea sola Ethicum, seu benè moratum hominem, efficiat. In propriâ verò significatiōne veram significat prudentiam, seu notitiam ad actionem honestam determinatam, cumq; cā coniunctam. De qua distinctione legatur *Pl. Rev. Dn. D. Wendeler.* in explicatione Homonymias. Item Ethica consideratur vel *systematicè*, ut est comprehensio omnium præceptorum Ethicorum : vel *habitualiter*, ut est perfecta qualitas in mente, utq; sese exserit per honestas & virtuosas actiones. Aliud præterea est *Ethicus*, & aliud *Ethica* : seu quod idem est, aliud est *Ethica* considerata *abstractivè*, prout est habitus mentis, in sese spectatus, citra ullam habititudinem ad personam vel docentem, vel discentem. Aliud est *Ethica* considerata *concretivè*, quatenus est in hoc vel in illo homine, in hoc vel illo Philosopho. Sic alia Ethica est Platonis, alia Aristotelis &c. Et hoc respectu multa sèpius desiderantur in concreto, quæ firma, certa & vera sunt in abstracto. Multa singit *Ethicus*, quæ non sunt in *Ethica* .

9. *Homoniam* sequitur *Synonymia* . Varias autem hæc disciplina sortitur appellations. Ipse Philos. l. 1. Nic. c. 2. eam vocat *moralis* ; partim à *sine*, quia omnia præcepta Ethicæ ad bonum commune seu ad civilem beatitudinem diriguntur ; partim à *subjecto*, quia potissimum in civitatibus ea docetur & exercetur . Unde morum non vulgaris conformitas, dicitur *civilitas*. E contra vero mores inconcinnai & inhonesti dicuntur *rustici*. Partim ab effectu, quia *societas civiles* confirmantur & conservantur per *virtutem*.

*virrutiſ ſtudij ſeu per doctrinam Ethicam.* Hinc etiam *Piccolomineus* eam *Philofophiam civilem* appellat. Aliis eft *Philofophia moralis, Disciplina morum, Scientia de Moribus*, quia propter mores addifcitur, circa mores etiam versatur. Item *Doctrina benè beatorum vivendi*, cum beata vita ſeu felicitas sit finis Ethicæ. A Platone vocatur *Musica*, ſicut enim hujus ſvavitate demulcentur animi hominum, ſic etiam doctrina Ethica dulcissimam in actionibus efficit harmoniam, animosq; hominum reddit moderationes & mitiores. Alij alias vel appellationes, vel periphrasticas circumſcriptiones Ethicæ tribuunt, quas jam ob brevitatis ſtudij omittimus.

10. Explicata *Nominis Definitione*, ad eā, qua *Rei* dicitur, accingimur. Variæ a. extant tum apud Veteres, tum apud recentiores, ſive definitiones, ſive descriptions, quas omnes ſuo relinquimus loco. Nos hac vice non novam ante inauditam proponimus, ſed illam, haec tenus in ſcholis nostris uifitatem, & à Praeceptoribus nostris traditā breviter ſaltem, & rudi, quod dicitur, minervā exponimus. Definitur autem Ethica, quod ſit pars *Practica Philosophiae generalis*, quae liberas hominis actiones in genere dirigit, ejusq; animum per virtutes ad conſequendum *Summum Bonum* informat.

11. In hac Ethica definitione explicanda veniunt (1) *Genus* (2) *Differentia specifica*. Haec enim duæ partes in omni accurata definitione ut adſint, neceſſum eſt. Prior rei cum aliis convenientiam, poſterior rei ab alijs differentiam exponit.

12. De Genere Ethice variæ apud autores ſunt ſententiae, variæ etiam controverſiae. Alij enim per ſcientiam: alijs per ſcientiam practicam: alijs per disciplinam: alijs per doctrinam: alijs per artem Ethicam definiunt. Sed omnes haec opinioneſ veritati non ſunt confor‐mes, nec ſcopum ſuum aſſeqvuntur. Nam quod attinet ſcientiam, ea genus Ethicæ eſſe nequit: cum ſcientia ſit habitus ſpeculativus, Ethica verò eſt habitus practicus. Scientia versatur circa res necessarias, aternas & immutabiles, Ethica circa contingentes, liberas & mutabiles hominum actiones. Scientia occupata eſt in perficiendo intellectu Theoretico, quoad cognitionem veri, & liberat nos ab ignorantia, Ethica verò versatur circa perficiendū intellectū practicū, quoad actionem boni, & liberat nos à malitia. Scien-

tia consistit in nuda contemplatione, Ethica præter virtutum cognitionem, earundem requirit exercitationem. Non enim, inquit Lactant. l. 6. inst. c. 5. ut sciamus quid sit virtus, sed ut boni efficiamur, considerationem de virtute suscipimus. Et rectè scribit Cäsas l. 1. Specul. Moral. c. 4. Virtus tenenda non in habitu, sed in actu, non in quiete, sed in metu, non in sinu, sed in manu. Huc & illud spectat, quod scientia utatur certis demonstrationibus, Ethica vero saltem utitur certis quibusdam probationibus.

13. Par ratione etiam scientiam Practicam pro legitimo Ethicæ genere non agnoscamus. Si enim nullo modo est scientia, uti jam multis rationibus est evictum, neque erit vel esse poterit scientia practica. Nisi scientia vocabulo abusivè & impropriè velimus uti, pro quavis cognitione, qua non tantum in nudâ contemplatione consistit, sed etiam ad operationes quasvis sese extendit. Verum hoc etiam repugnat naturæ generis, cum omne genus debeat esse proprium, non improprium. Omne genus præterea debet esse proximum, talis autem cognitio omnes facultates, omnes disciplinas, sive ea Theoreticæ sint, sive practicæ, omnes deniq; artes sub suo ambitu complectitur. Ignotum enim nullius habitus potest esse subjectum, quia subjectum in omnibus disciplinis debet esse præcognitum adeoq; notissimum. Talis itaq; sciætia, si esset aliquod genus, esset tamen genus remotissimum, non vero genus Ethicæ proximum. Præterea contradictionem involvit hæc scientia practica. Contemplari enim, quod proprium est scientia, ejusq; finis secundum Arist. l. 6. Eth. c. 3. & Agere, quod finis est Ethicæ ex lib. 2. Nic. c. 2. l. 10. c. 1. & l. 1. EuDEM. c. 1. sunt opposita, & oppositas constituant disciplinas, ut nimis aliae sint Theoreticæ, aliae Practicæ. Ergo non possunt in una quapiam disciplina convenire, eamq; in sua essentiâ definire. Imò scientia practica nihil aliud est, quam στηνεζεύλοι, atramentum rubrum. Absurda ergo absurdis relinquimus.

14. Quod attinet disciplinam & doctrinam, neq; hic generis naturam explicatam habemus. Nam etiam hi termini sunt generales, omniibusq; non tantum partibus Philosophicis, sive ea Theoreticæ sint, sive Practicæ, sed etiam omnibus facultatibus & artibus sunt communes. Nulla enim harum omnium est, quæ non & doceri

ceri & addisci pariter possit. Deinde hi termini sunt accidentales. Accedit enim Ethica, ut omnibus aliis, & doceri & disci, cum omnis habitus mentis sit qualitas absoluta, non habito illo respectu vel ad doctrinam, vel ad disciplinam. Omne autem genus debet esse essentiale. Nullum ergo hic locum vel disciplina vel doctrina invenire potest.

15. Ultimò à vero Genere etiam *Aris* vocabulum est removendum. Convenit quidem Ars cum Ethica, quod utraq; sit practica; quod utraq; sit circa res contingentes & mutabiles, quod utraq; sit probabilis, hæc tamen convenientia generis naturam non absolvit. Non enim omnia quæ conveniunt, habent se ut Genus & species: e. g. Leo & homo conveniunt respectu animalitatis, neq; tamē leo hominis, vel homo leonis genus est, sed sunt conspecies. Ita etiā Ars, & Ethica (qua continetur sub prudentiâ) sunt conspecies habitus practici. Hinc ita colligo: Nullæ conspecies habent se, ut genus & species. Ars & Ethica sunt conspecies. E. Major probatur. Quia species inter se sunt opposita, ut unum non sit alterum. Nulla verò talis oppositio inter genus & species, sed omnis species continetur sub genere, & omne genus includit suas species. Minor certa ex dictis. E. firma stat conclusio. Deinde differunt definitione, adeoq; ipsâ essentiâ. Quid Ethica sit, antea propositum. Ethica autem cùm sit prudentia, Prudentia quoque sua definitione excludit artem. Prudentia siquidem est habitus cum rectâ ratione activus, circa ea, quæ bona vel mala sunt hominibus; Ars verò est habitus, cum rectâ ratione effectivus. Quanta igitur inter *μηντην* & *τεχνην* est differentia, tanta etiam inter Ethicam & artem. At ea est essentialis, quia differunt (1) objecto, quod in Arte sunt *τεχνη* in materia aliquâ corporâ & externâ. In Ethica sunt *τεχνη*, quæ homini ad bene agendum & beatè vivendum sunt necessaria. (2) Instrumentis. Ars enim externis & corporâs utitur instrumentis, quæ tamen in prudentiâ penitus non desiderantur. (3) Fine. Ars potissimum spectat utilitatem & jucunditatem; Prudentia verò honestatem. Ars ad aliquid opus externum tendit, Prudentia verò virtutis actionem, tanquam finem, sibi propositam habet. (4) effectu, quia

ers producit opus externum & materiatum, efficitq; bonum artificem, Prudentia verò bonum virum. Vid. Pl. Rev. Dn. D. Wendeler. c. II. Ethic. Neq; hic quicquam obtinere possunt illi, qui Ethicam dicunt esse *sistema certorum preceptorum in vita utilium*, secundum illam Luciani descriptionem: Τέχνη ἐστι σύνομα ἐγνωστὴν τεχνην εγγνωματικήν τεχνην το τέλος την εγγνωμον εν τοις εἰδών. Nam hæc saltem aliqualis est descriptio, non accurata definitio. Deinde habet genus alienum, cùm Genus & species debeat esse unius praedicamenti. Commititur deniq; æquivationis fallacia, cum aliud sit Ethicam systematicè, aliud verò eandem habitualiter considerare. Id quoq; ante in homonymia est notatum. Concludimus ergo, nec Artem legitimum Ethicæ genus esse.

16. Maxima autem hic oritur difficultas de *Habitu Prudentie, An si Prudentia non sit genus Ethica?* Urgentes terminum Prudentie in duplo sunt differentia. Alij enim sibi imaginantur Prudentiam & Practicam Philosophiam insiginem diversitatem quandam alere; Alij eas æquè latè patere, & inter se terminos esse converribiles concedunt. Illis nos opponimus & asserimus, Prudentiam & Philosophiam Practicam in circulo Philosophico terminos esse æquipollentes. Quia convenient (1) *Subjecto*. Prudentia est in intellectu Practico, & ipsa Practica eundem etiam perficit. (2) *objeto*. Ultraq; enim versatur circa Entia contingentia, circa actiones hominum liberas, seu circa ea, quæ bona vel mala sunt hominibus. (3) *Fine*. Utraque dirigit actiones humanas ad honestatem, & ad Summum Bonum civile. (4) *Partibus*. Nam prudentia alia est *generalis*, quæ actiones hominum in genere dirigit ad honestatem, non habito respectu vel ad statum Politicum, vel ad domesticum. Alia est *specialis*, quæ actiones honestas determinat, modò ad rempub. modò ad familiam. Idem etiam verissimum est de Philosophia Practica, quæ eadem ratione distribuitur. (5) *Ipsa definitione*. Sicut enim Aristot. I. 6. Nicom. c. 5. prudentiam definit: quod sit habitus cum recta ratione actions, circa ea, quæ bona vel mala sunt hominibus occupatus. Ita idem de Philosophia Practica pronunciare possumus. (6) *Effetu*. Nam Prudentia efficit virum bonum, Philosophia Practica idem.

pre-

preficitur. Ex quibus ita colligimus: Quaecumque convenientia Subiecto, fine, partibus, effectis & ipsa definitione, illa eque late patent & inter se non differunt. Atque in cursu Philosophico Prudentia & Practica Philosophia ita convenientia.

Reliquis, qui omnimodam inter Philosophiam Practicam & Prudentiam concedunt convenientiam, nullam nos movemus litem. Sed ut nos Prudentiam loco generis positam, si ex quinque habitibus intellectualibus illud sit petendum, admittere possumus, neque rigorose nos illis opponimus, ita etiam ipsos nostrum genus admissuros esse, toti confidimus, praesertim cum jam omnimoda inter hos terminos convenientia sit declarata. Nostrum vero genus, quod Ethica sit Pars Philosophiae Practicae tenemus. (1) ob partium conditionem. Cum enim divisio Philosophiae non sit generis in species, sed totius in partes, utique Ethica Politica & Oeconomica non ut species respectu generis, sed ut partes respectu totius sunt definienda. Partes autem mentione totius facta definiiri solent, ita ut totum de illis non in casu recto, sed obliquo prædiceretur. Siue recte dico: Oculus est pars capitis, non autem oculus est caput. Ramus est pars arboris, non ramus est ipsa arbor; ita etiam non dico: Ethica est Philosophia Practica, sed Ethica est pars Philosophiae Practicae. (2) ob faciliorem cognitionem. In doctrina enim ordine semper tractatio ita instituitur, ut habeatur facilioris cognitionis ratio. Facilius autem cognoscimus Ethicam naturam, quando dicimus, ea esse Practicæ Philosophiae partem, quam si definieratur, quod sit prudentia. Terminus enim Practicæ Philosophiae notior est, quam Prudentia significatio. (3) ob meliorem conservationem. Ultradistinctissima enim est distinctio Philosophiae in Theoreticam & Practicam, qua propterea à dissentibus non tantum faciliter percipitur, sed etiam arctissime conservatur. Si ergo dissentientium velim habere rationem, utique potius Ethicam per Practicæ Philosophie partem, quam per Prudentiam definierandam esse videtur.

18. Hactenus de Genere; sequitur nunc Differentia, que desumpta est (1) à Proprio (2) ab objecto (3) à subiecto (4) à fine.

19. Proprium Ethicæ est, quod sit pars Practicæ Philosophiae

*Generalis.* Nam hæc vox soli competit Ethicæ, & semper eidem  
inest, eāq; Ethica à parte Speciali seu propria Præficiæ Philosophiæ  
nim. à Politica & Oeconomica distinguitur. Dicitur autem *Ge-*  
*neralis* (1) *propter principia*. Principia enim generalia & commu-  
nia totius Præficiæ Philosophiæ in Ethica proponuntur, quæ post-  
modum in Politica & Oeconomica ad singulas societates & homi-  
num gradus accommodantur. (2) *propter objectum*, quod iti-  
dem generale est, nim. actiones humanæ in genere. Unde in defi-  
nitione dicitur, quod actiones liberas hominis in genere dirigat.  
Item Ethicus agit non de virtutibus Magistratum vel subditorum,  
aut Patrifamilias vel servifamilias in specie, sed de virtutibus in  
genere. (3) *propter finem*. Non enim Ethicus felicitatem  
in republ intendit, quod facit Politicus; nec felicitatem in familia  
proponit, quod prelat Oeconomica; sed de Felicitate in genere  
dissertat.

20. *Objectum Ethicæ* quod concerneat, sunt de eo varia sen-  
tentiarum divertia. Alij *Summum Bonum* pro objecto Ethicæ  
vendantur. Sed hæc totam Ethicæ latitudinem non exhauiantur,  
cum tamen omne objectum debeat esse ad æquatum isti disciplinae,  
cujus est objectum. Præterea *Summum Bonum* non objecti, sed  
finis rationem hoc loco obtinet. *Stoici virtutem* dixerunt esse  
Ethicæ objectum. Sed & virtus Ethicæ inadæquata est, nec ob-  
jecti, sed medij naturam obtinet. Alij aliud objectum introdu-  
cere laborant. *Nos* ex definitione dicimus Objectum Ethicæ  
esse hominem, quatenus ad felicitatem est deducendus, idq; probamus  
(1) *ab objecti constitutione*: Verum enim objectum duabus absolvitur  
partibus, quarum prior dicitur *Res considerata seu materiale*,  
posterior vero *modus considerandi seu formale*. Illud potest plurimi-  
bus esse commune ut e.g. Homo consideratur in Physica, Meta-  
physica, Medicina, Theologia, &c: consideratur etiam in Ethica,  
Politica & Oeconomica. Homo ergo quoad materiale multies  
subiacet disciplinis; sed quoad formale omnino homo Physicus à  
reliquis differt. Nam in Physica consideratur, ut est species  
corporis naturalis, in Metaphysica ut est Ens; in Medicina ut est  
sane-

sanabilis vel in sanitate conservandus; in Theologia; ut est salvandus. Sic in Ethica consideratur ut ad felicitatem per virtutes est informandus. (2) ab objecti conditione. Illud est verum disciplinarum objectum, quod est praeognitum, adaequatum &c: hac vera sunt de nostro objecto. (3) ab objecti definitione. Illud est objectum disciplinae, circa quod ea versatur, ad quod omnia eius praecpta referuntur. Atque Ethica tota occupata est circa hominem, quatenus felicitati est restituendus. E. Consequenter vero Ethica circa affectus & actiones humanas versatur. Nam cum affectus nostri sint turbulenti & multis perturbationibus obnoxij, Ethica hanc dat operam, ut omnes affectus recte rationi subjiciantur, eidemque obtemperent. Sic quia in actionibus nostris multis modis aberramus, modis in excessu, modo in defectu, Ethica nostras informat actiones, ut mediocritatis observent viam & honestas in ijs reluceat. Hinc actiones humanæ Ethica sunt considerationis, non quat. naturales & necessariae; nec quat. super naturales & Christianæ; sed quatenus morales & voluntariae. Et cum haec iterum in triplici sint differentia, solas ~~in~~ sibi eligit Ethica, h.e. actiones voluntatis, quæ neque violentæ sunt, neque temerarie, sed liberae & probè deliberate, easq; distinguit ab operationibus mentis, quæ vocantur ~~έργα~~; & ab operationibus artis, quas communiter ~~τέχνες~~ appellare solent.

21. Subiectum aliud est ~~in~~ habens nimirum anima hominis, cum Ethica sit Prudentia, quæ est habitus, non corporis, sed mentis. Aliud perfectionis, intellectus & voluntas, quia circa utramque facultatem perficiendam versatur. Illam enim perficit præceptorum cognitione, hanc honestæ actione. Illam virtutum & honestatis notitiam, hanc firmam & expeditam ad recte agendum potentiam. Aliud denique est operationis, circa quod Ethica versatur, & idem est quod objectum, de quo antea.

22. Finis duplicitis in definitione fit mentio. Est enim aliud internus nimirum animi per virtutes informatio, ut possit affectibus & cupiditatibus suis, quibus saepissime turbatur & perturbatur,

batur, frenum injicere, appetitum regere, eumq; sibi subjiceret, ut sanæ parcat ratione, nec resistat, ut faciamus, non quod liber, sed quod licet & decet. Alius externus nimirum Felicitatis seu beatitudinis consecutio. Hanc felicitatem finem esse Ethica probatur, (1) ab Ethica natura & constitutione. Nam à quacunque re dependet natura & constitutio Ethica, illud etiam est finis Ethica. Atqui à felicitate dependet natura & constitutio Ethica. Major fundatur in practicarum disciplinarum analogia, quæ semper si nem certum sibi proponunt, eundemque per varia media & præcepta expónunt: unde idem finis dicitur in ejusmodi disciplinis subjici rationem habere, quia ejus præcipua habetur ratio, ut habet Zabat. I. i. de nat. Logie c. 15. Sicut ergo Theoreticarum Philosophia partium constitutio dependet ab objecto: ita etiam Practicarum disciplinarum constitutio dependet à fine. Minor est manifesta, tum ex Ethica inventione, nunquam enim Ethica fuisset inventa, nisi ob felicitatem fuisset inventa, nunquam Ethica fuissent tradita & conscripta præcepta, nisi tanta hujus finis fuisset nobilitas: tum ex Ethica definitione: In hac enim ipsius Ethica tractatur & explicatur natura, quæ potissimum ex differentia clucescet. Differentia autem Ethica potissimum desumitur à felicitate seu Summo Bono. Ergo facile hinc colligere possumus, naturam Ethica à felicitate suam accepisse originem: tum ex Ethica tractatione: Illud enim ipsam videtur constituere Ethica naturam, quod nos movet ut eo diligentius Ethica præcepta cognoscamus, eo libenter Ethica præcepta observemus & ad usum applicemus. Nam quod Ethica naturam in se constituit, illud etiam eandem nobis constituit, cum omnne respectivum dependeat à suo absoluto. Jam autem nihil aliud nos movet ad præcepta Ethica evolvenda, cognoscenda & applicanda, quam ipse Finis ultimus seu Summum Bonum. E. ab hac etiam felicitate tota dependebit Ethica natura. (2) à finis definitione. Illud enim in disciplinis operaticibus est & vocatur finis quod in materiam subjectam ab eo, qui operatur, introduceitur. Hinc juxta Averr. in Colligit. I. cap. 2. dicunt Philosophi, quod in omnibus disciplinis,

quod

B

quæ

quæ præter nudam cognitionem alium sibi habent propositum finem, tria sint evolvenda & cognoscenda, finis, subiectum & media, quibus ad finem pervenitur. Finis ergo per media comparatur & in subiectum introducitur. Talis autem finis est felicitas. Illa siquidem per virtutes tanquam media acquiritur, in subiectum, hominem sc. beabilem, introducitur. Unde non obfure concludimus. Beatitudinem hanc seu felicitatem etiam finem esse. (3) à mediis collatione. Quodcumq; enim omnia respiciunt media, illud est finis: propter quod etiam omnia inventiuntur, ordinantur & disponuntur media, illud merito finis rationem obtinet. Jam autem si Ethicam consideramus, & illa etiam media, quæ in Ethicis proponuntur & explicantur, nihil aliud sunt, quam virtutes; omnes vero virtutes felicitatem ut ultimum respiciunt finem. (4) à finis practici proprietatis. Harum communiter tres recensentur ab auctoribus. (1) ut tanquam notus presupponatur, si nō ratione & diuin, vel quoad questione. Quid sit? tamen ratione & diuin vel quoad questionem. An sic? Atqui felicitas practica in Ethicis ita ratione & diuin presupponitur. (2) ut non consideretur ut existens, sed potius ut non existens, & à nobis producendus. Sic etiam felicitas practica ab Ethica est producenda, & per media, diligenter & fideliter conquista & applicata, comparanda. (3) ut ejus producendi media seu principia inquirantur in illa disciplina, cuius debet esse finis. Ita etiam hujus felicitatis media nim, virtutes in Ethica recensentur & explicantur. Si ergo omnia finis propriæ sic dicti requisita Felicitati convenient, sequitur etiam, quod felicitas finis sit, cum propria requisita rem ipsam manifestent & demonstrent. At verum est prius, ut ex dictis patescit. E. (5) à Philosophorum & cumpromis Ethicorum consensu. Omnes enim in eo consentiunt, Felicitatem hanc Ethicæ finem esse, idq; prolixè ipsa praxi ostendere voluit Aristot. in lib. 1. Eth. quia per totum hunc librum nihil aliud tractat, quam hunc Ethicæ finem explicat.

23. Hæc de definitione; sequitur Divisio. Dividitur autem Ethica in duas partes; quarum prior dicitur ἐθικαὶ φιλοσοφία, posterior

*vior de Stołozia.* Illa agit de Summo Bono, hec de virtutibus; illa de fine, hec de medijs. Nam quicquid in Ethicis occurrit ad alterutrum harum partium potest referri; adeoque membrum divisionis diviso sunt ad aquata, eumq; eo consentiunt, inter se vero dissentunt, quod bona divisionis haut obscurum est indicium. Notandum denique quod haec divisio non sit generis in species, neque etiam totius essentialis in partes esseentiales. Sed quale totum est, tales etiam ejus sunt partes, & talis ejus divisio. Ethica autem neque totum genericum, neque essentiale, sed integrale, non quidem propriè sic dictum, quasi quantitatibus & materialibus constaret partibus, sed analogicum, unde analogicas etiam habet partes. Alij quidem alias Ethica nominant partes, multi etiam plures earundem numerant. Sed nos quemlibet suo sensu abundare permittimus, & has duas confutas Philosophiae moralis partes retinemus. (1) ob harum partium, ut dictum est, differentiam. Quia sibi invicem sunt opposita, cum altera finis tractationem instituat, altera etiam mediorum doctrinam sibi enodandam suscipiat. (2) ob earum sufficientiam. Q. enim Felicitatem seu Summum Bonum perfectè cognoscit, & perfectam insuper omnium medium habet notitiam, ut ea ipsa ad usum dirigat, ille etiam omnium consensu perfectus judicatur Ethicus. Præsentim cum ea, qua de affectibus & humanarum actionum principiis ab aliis solent adduci, non inconvenienter ad ipsam Arerologiam possint reduci. (3) ob earum convenientiam. Ultraque enim pars ejusdem est naturæ cum ipsâ Ethica. Ethicus est practicus: ipsa etiam Eudæmonologia & Arctologia praxin respiciunt. (4) ob ipsa dignitatem, experientiam. Nam moderni Ethici pleriq; has solas allegant & retractant partes. Et tantum etiam de Divisione, quæ ut est ultimum præcognitum, ita etiam ultimum nostra Disputationis membrum, adeoque extraessentialiter tractationem concludimus.

F I N I S.

12  
IN NOMINE JESU!  
EXERCITATIONUM ETHICARUM  
DISPUTATIO II.  
*De*  
**SUMMO BO-**  
**NO PRACTICO.**

23  
*Quam*  
PRÆSES  
**M. JOHANNES Deutſchmann**  
Jütrebocensis Saxo,  
ET RESPONDENS  
**JOHANNES GEORGIUS Neumann**  
Fridlandæ Bohemus,  
*proponunt publicè.*

In Auditorio minori Ad d. 24. Septemb.

\*\*\*\*\*  
WITTEBERGÆ,  
TYPIS JOHANNIS HAKEN, M.DC.LI.



I. N. J.

I.

**P**roemialem Ethicæ doctrinam vidimus in συζήτησει prædente, ubi ejus Definitionem & Divisionem consideravimus; sequuntur jam ipsa Philosophia moralis præcepta. Cum autem duæ sint Ethicæ partes Ἑὐδαιμονολογία & Ἀρετολογία, eam, quæ prior est, primo loco tractandam suscipimus. Hinc duo potissimum in eâ nobis veniunt enodanda 1. Ipsa Descriptio 2. Objectione explicatio.

**basis II.** Definitionem quod concernit, his ea continetur verbis: *Eudæmonologia* est pars Ethicæ prior, que agit de Summo Bono, tanquam ultimo hominis fine. Notetur hic definitum; notetur & ipsa definitione. *Definitum Græcæ* est originis, quia δότο τῆς ἑὐδαιμονίας, quæ vox felicitatem seu beatitudinem significat, & δότο τῆς λόγου, descendit, ut ita Eudæmonologia, quoad nominis definitionem, nihil aliud sit, quam doctrina s. sermo de Summo Bono s. hominis felicitate.

**III.** *Definitio complectitur Genus & differentiam specificam.* *Genus* est, quodd sit pars Ethicæ. Nam Ethica est totum aliquod analogicum, cuius etiam numerantur partes non propriè sic dictæ; sed analogicæ, nimirum Eudæmonologia & Aretologia. Definiuntur autem partes, facta totius mentione, non quidem in casu recto, ut minus recte dicatur: Eudæmonologia est Ethica; sicut non recte dicitur: *Partes* est domus; sed in oblique, ita dicimus quodd Eudæmonologia sit pars Ethicæ, qui terminus communis est ipsi cum Aretologiâ, adeoque generis induit naturam. *Objicium* quidem contra hoc genus, Summum Bonum non esse Ethicæ partem, cum sit finis. Pars n. ingreditur essendi rationem totius, & sicut iunctis partibus datur totum, Ita demptis iisdem corruptum, inquit sumum abit. Arist.6. Topic.6. Sed hoc de fine dici nequit, quia hic est extra rei essentiam, nec essendi rationem unquam

ingreditur. Verum promptam Ethici habent responsonem. Nam Summum Bonum duplíciter consideratur i. respectu Ethicæ, vel respectu Aretologias. Priori modo Ethicæ pars est, cùm ejus constitutionem ingrediatur, & cum Aretologiæ totam Ethicam absolvat. Posteriori v. modo, ut ratione virrutum consideratur, earum dicitur finis, quia virtus dicitur via s. medium ad perfectam beatitudinem. Unde colligitur Summum Bonum esse finem Ethics, non immedia-  
tè & ratione sui, quia hoc pacto idem sui ipsius esset finis, quod ta-  
men absurdum; Cùm nihil sit in totâ rerum natura, quod suis suis  
finis esse possit. Arist. 6. Ethic. 2. Idem n. seipsum persiceret: sed  
mediatè & ratione partium, quia est finis virtutum. Alij doctrinam de Summo Bono non ad Ethicæ præcepta; sed ad ejus præ-  
cognita referunt. Quæ cùm sint extraessentialia, utiq; hac rati-  
one Eudæmonologia non potest esse pars Ethicæ. Verum aliud  
svadet. 1. practicarum disciplinarum analogia. In Politicis n. agi-  
tur de Republ. licet Respubl. sit Politicæ finis. In Oeconomi-  
cis agitur de Familiâ, quamvis & hæc hujus disciplinæ sit finis. I-  
dem etiam de Ethicæ fine assérere & statuere svadet summa harum  
disciplinarum conjunctio, ipsa etiam ratio. 2. Ipsa experientia. Omnes n. haëtenus Ethici de fine præcepta eradicidere in Ethicæ gremio, non in Ethica proœmio. Dis. tamen inter aliqualem cognitionem & accuratam considerationem. Illa ad præcognita, hæc ad præ-  
cepta spectat Ethica.

IV. Differentia desumpta est partim à proprio, partim ab ob-  
jecto. Proprium est, quod sit pars Ethicæ prior. In Ethicâ siquidem  
tractatione à finis cognitione, progredimur ad mediorum investi-  
gationem, inventionem & ordinem, unde prioritas hujus partis  
potest confirmari. 1. A practicarum disciplinarum naturâ: Quæcunq;  
disciplina versatur circa ræ wœgantia s. actiones hominum, illa à fi-  
ne suum sortitur exordium. Atqui Ethica est talis. E. Major pro-  
batu: Quia homines magis ad vitia & errores, quam ad virtutes  
sunt proclives: Ut igitur possint recto gradu & cursu recto instatio-  
ne progredi, multum confer utilitatis, finis cognitio & perpetua  
consideratio. (2) A practicarum disciplinarum methodo. Utuntur  
n. eæ non methodo lynthetica, quæ progreditur à principiis ad  
principiis.

principiata; sed analyticā, quæ progređitur à fine ad media... Finis igitur præmittendus, media postponenda. (3) *A finis appellatio-*  
*nē*: Finis dicitur *principium* omnium actionum, omnium medi-  
orum. De principiis autem prius est agendum, quam de princi-  
piatis. Item finis dicitur *mensura* & *regula* actionum humanarum.  
Sicut igitur nemo unquam sine mensuræ cognitione mensuratio-  
nem instituere potuit; ita etiam nullus virtuosas actiones, sine fi-  
nis mensuratione mensurate poterit. (4) *A regulā didacticā*: Qvod  
creat cognitionem sequentium distinctam, ab eo incipendum est, Zab. I.  
2. Apolog. c. 2. Atqui finis ponit distinctam mediorum cognitio-  
nem, quatenus sunt media: Quia horum est causa Zabar. I. 2. de  
Specieb. Demonstr. c. ult. At *omnis causa in suo genere parit distinctam cognitionem sui effectus*. Idem lib. 4. de methodo c. 10. (5) *Ab autorum consensu*. Unus n. fermè hic singularis est *Piccolominus*  
cum *Evenio* & alijs. Quorum autoritas tanta non est, ut novam  
& haec tenus in auditam methodum Ethice & alijs disciplinis practi-  
cis possit conciliare, cum sicutne saltem & non magno momenti  
utantur rationibus. (6) *A maximopericulo*: Maximi n. res est peri-  
culi finem I. negligere vel suppositum & falsum introducere. Va-  
rietas igitur cum sit sententiarum, dum alij statuunt Summum Bo-  
num consistere in divitiis: *Alij* in honoribus: *Alij* in voluptate: *Alij*  
in alijs, certi ut sumus de vero *Summo Bono*, ipsa nobis svader ratio.  
Qui enim in primo impingunt limine, non possunt etiam in reli-  
quis non aberrare.

V. *Objectum* hujus partis prioris est ipsum *Summum Bonum*... In hac n. parte priori agitur de ultimo actionum humanarum fine s. *Summō Bono*; sicut in Aretologia agitur de virtutibus s. mediis ad *Summum Bonum* ducentibus. Hujus igitur Objecti natura paulò pleniū & planiū est evolvenda.

VI. Summi Boni consideratio alia est ἐπωδης, alia ἐπιγ-  
ωδης. Illa proponitur tūm *belukas* in Summi Boni definitione,  
tūm *civitethukas* in Summi mali delineatione.

VII. *Summum Bonum* ita definitur ab Arist. I. Eth. 7. quod  
sit operatio animæ rationaliæ secundum virtutem optimam & perfectissi-  
mam

*nām in vītā pēfēctā.* In quā dēfīnītōne & nōmēn & ipsā rē dili-  
gēntē mērētūr expīcātōnē, accūrātā etiā observātō-  
nēm.

**IIX.** Nōmīnis expīcātōnē cōntīnēt onomātōlōgiā, quā trī-  
bus absolvītūr mēmbris, Paronymia, Homonymia, & Synonymia.

**IX.** Paronymia derivationē expīcāt, secundūm quām  
bonū dicitur à boando, quia sc̄: boet & clamet quasi, ut  
aliōs ad se allīciat; sicut καλός deducunt δέ τὸ καλέντον à vocāndo.  
Ultimus a. finē dicitur Bonum, (1) à causā effīcientē tūm remotā, quia  
est à Deo, qui solus bonus est, à quo etiā omnia bona descendunt:  
Tūm p̄oximā, quā sunt actiones bonae & virtuose. Nam qualis  
causa, talis effectus. (2) à causa formalī: ¶ Hebræis est intellexit,  
prudenter egit: In iis a. actionib⁹, quā Summi Boni sunt procre-  
atrices, summa requiritur prudentia, quā quasi anima est actionum  
virtuosarum, easq; informat ut mediocritatem in iis observare  
possimus. Hinc etiā quidam per virtutem optimam & perfectissimam  
in dēfīnītōne Summi Boni ipsam prudentiā intellexerunt.  
(3) à causā materiali: Materiale Summi Boni cōsīstīt in operatiō-  
ne, quā non est mala, ut in vītō, nec pessima, ut in summa miseriā,  
nec in differēt, ut in rebus naturalib⁹; sed optima, adeoq; fini eti-  
ām ultimo suām communicat bonitatē, et meritō bonū salu-  
tētē. (4) à fine & effectis. Sumnum quidem Bonum finēm  
proprièt̄ sic dīctum non habet, quia ultimus finis est, adeoq; propter  
se expētit, & non propter aliud, ad eum etiā omnes alii fines  
referuntur. Ipse v. ad nullum aliū; Tamen habet effecta maxi-  
mē bona, quā causa quoq; bonitatē manifestam reddunt, cūm  
nullus effectus nobilior sit suā causa. Talia effecta sunt bona con-  
scientia, bona & honesta voluptas. (5) à requisitiis propriis. Dicitur n. (1)  
τελείτων i. Ethic. 7. Perfectissimum quod est, illud etiā optimū.  
(2) δι' αὐτῷ ἀγαθητῶν i. Eth. 3. propter se amabile;  
Amabile a. quod est, debitam etiā haber bonitatē, quod amabi-  
litatē ipsi conciliat. (3) οὐωνύμονος sui communicativum i. Ethic.  
5. quod aliās de bono communiter adhibetur, nimirū omne bo-  
num esse sui communicativum. (4) Αυτοπρέσουν quod sibi ipsi suf-  
ficiens est, adeoq; omnium bonorum abundantiam complectitur.

Et quā

Et quæ alia axiomata & requisita hujus finis bonitatem cōprobātam reddunt. (6) *Ab Opposito.* Nam vulgo dicitur : *Opositorum opposita est consequentia.* Si igitur ejus oppositum malum est (id quod non potest negari de summâ miseriâ) sequitur quod ipse finis ultimus bonum quid sit, id est omnium bonorum ultimum.

X. *Bonum* a. hoc dicitur non quodvis ; sed *Summum* (1) originaliter ; quia est à summo principio, adeoq; homogeneam origini suæ servat naturam. Hinc Arist. l. i. Ethic. 9. in hac erumpit verba : *Εἰ μὴ δύναται τὸ θεῖον εἶναι διάφορα αὐθόποτις, ἐν λόγῳ νοῦ τὴν εὐδαιμονίαν θεοὺς διέγειν εἴσας, νοῦ μαλάκη ταῦτα αὐθόποτιναν δύστοις.* h.e. scilicet si ullum aliud à Diis munus est hominibus datum, profecto consentaneum est , beatitudinem quoq; à Diis immortalibus donari : eoq; maximè, quod ea est rerum humanarum optima. (2) *Fundamentaliter* ; quia est *summus* s. fundamentum omnium virtutum, omnium humanarum actionum, quod in se recipit omnes virtuosas operationes, easq; sustinet ; *Ipsum* v. non sufficitur ab alio, ideoq; meritò *summum* appellatur. (3) *Gradualiter* ; Quia plerumq; in superlativo de hoc bono Philosophus loquitur gradu sic illud vocat *αἱρετικῶν* maximè expetibile i. Eth. 7. *πελεότατον* perfectissimum ibid. *εἰνέργειαν* ultimum s. extremū, *τοῦ αὐθόποτον διάλυσιον* i. Eth. 9. 5. Quæ locutiones non possent habere locum, si aliquod daretur superius in rebus humanis bonum. (4) *Materialiter.* Quia quando aliquis sibi vult comparare *Summum Bonum*, multas actiones suscipere, easq; ad *Summum Bonum* dirigere necessum habet. Ab actionibus n. singularibus progeditur ad dispositionem ; A dispositione ad habitum ; Ab habitu ad operationes ex habitu profluentes, & ita tandem ad *summum omnium bonorum* pervenit. (5) *Consequenter.* Quia non est bonum *ἐπιτιθέμενον* s. laudabile ; sed *τίμιον* s. honorabile l. i. Ethic. c. 12. Laudabile enim bonum, laudatur ob aliud superius bonum, ad quod fertur, sicut fortitudo & temperantia proper actiones laudantur. Sed beatitudo diciter bonum honorabile, quia est omnium bonorum *summum* & *ultimum*; adeoq; alia quidem ad illud tanquam eminentissimum in suo genere referuntur ; *Ipsum* v. ad aliquod superius bonum reduci nequit. (6) *Effectivē.* Quia bona cen-

na conscientia Summi Boni effectus optimus non tantum; sed & summus omnium thesaurus est. Periander n. interrogatus olim, quid in minimo esset maximum, oportune respondit: Bona mens in corpore sano, Nam secundum illud Horatianum I.V.Epist.3.

— — — Hic murus abenue esto,  
Nil consciere sibi, nulla pallere culpâ.

XI. Paronymiam excipit Homonymia, quæ continet variam ejus significationem. Summum Bonum vel tale dicitur simpliciter & absolute, quod perfectissime & intellectum nostrum & appetitum satiat. Tale bonum DEUS est. Verum cum perfecta DEI cognitio Theologica sit considerationis, nostrum non est de hoc summo bono Theologico disquisitionem instituere; quia in campo versamur jam Philosophice. Vel secundum quid & in certo genere, quod alias dicitur Philosophicum. Hoc autem iterum duplex est, aliud Theoreticum, quod circa res divinas & æternas versatur, intellectum perficit & in contemplatione consistit. Aliud Præticum, quod circa liberas hominum actiones versatur, voluntate perficit & in agendo consistit. Quod a. derur tale duplex Summum Bonum, probatur i. A distinctis Philosophiae partibus, quia dantur duo distincta disciplinarum genera; Aliud Theoreticum, quod Summum Bonum Theoreticum producit, nosq; per varias scientiarum classes ad illud deducit. Aliud Præticum, quod Summi Boni prædicti præcepta & requisita ordine exponit, nobisq; proponit. (2) A distincto subiecto. Duæ n. sunt animæ facultates in homine, quarum utraque sui intentit & appetit perfectionem, quæ perfectio omnino in aliquo ultimo consistere debet. Sicut ergo voluntas nostra, in actionibus queritaliquid ultimum, in quo acquiescat; Ita etiam nostra intellectus in speculationibus sumnum aliquem finem sibi propositum habet, quem in omnibus certis operationibus semper respicere possit. (3) A distincto objecto, quod aliud est in Theoreticis, aliud in practicis disciplinis. Ibiens necessarium, immutabile & æternum; Hic contingens, mutabile & liberum. Si ergo in materia contingentia, mutabili & humana datur aliquod Summum Bonum & nobilissimum; multò magis tale bonum sumnum & no-

& nobilissimum concedendum erit in materia necessaria, immutabili, divinâ & aeternâ. Atqui verum est prius. E. (4) *A definitio fine*: Quia datur finis non solum *τέλος* vel Practicus; sed etiam *θεωρικός*, contemplativus. Ergo etiam dabitur duplex, Summum Bonum, nimirum contemplativum & Practicum.

XII. De *Synonymia* pauca etiam sunt afferenda. Varia autem Summum Bonum admittit Synonyma. Dicitur enim Gracis *τὸ διαγόνον* ut i. Eth. i. item c. II. & alibi; *κατ ἐξοχὴν* nimirum, ut intelligeretur omnium bonorum optimum, ut scribit Arist. l. d. *δῆλον ὡς τέλος τὸν τάχαθον κατ τὸ ἀριστόν*. h.e. Manifestum est, quod hic finis ultimus sit bonum, imo omnium bonorum optimum. Item *εὐδαιμονία* i. Eth. 4. *Εὐτυχία* 2. Phys. c. 58. *Εὐτερρε*. *Στα κατ εὐτυχία* i. Eth. II X. *μακαρεσμός* i. Eth. c. XI. Latinis dicitur *Beatisudo*, *felicitas*, *beata vita*, & quæ appellations aliæ apud autores passim solent occurrere.

XIII. Hactenus de *Definito*, sequitur jam ipsa *definitio*, quæ continet *Genus* & *differentiam*. *Genus* partim *absolutum* est, partim *limitatum*. *Absolutum* est *operatio*. Nam quod Summum Bonum non in aliâ quâpiam re; sed in actione consistat, probari potest (1) *Ex appellatione*; Quia nominatur à Philosopho *εὐεγέρτεια*, bona & proba actio. Vid. Arist. l. i. c. II X. Dici autem requirit inesse; Ergo in operatione etiam Summi Boni natura consistit. (2) *A Summi Boni distinctione*. Distinguitur autem, ut supra audivimus in *Theoreticum* & *Practicum*. Ut igitur illius natura est, res contemplari; Ita hujus est, operari, & inde est, quod Summum Bonum *Practicum* dicatur. (3) *Ab objecto*: Quia est in actionibus & circa easdem occupata; imo finis earum ultimus, ut inquit Arist. l.c. VII. *Η εὐδαιμονία τὸν τεγμένον τὸν τέλον*. Ni si igitur hoc Summum Bonum in operatione consisteret, non posset esse in actionibus, multò minus rationem habere. (4) *A subjecti consideratione*: Si n. res omnes ad certum finem & proprium quoddam opus ac munus sunt conditæ, in quo earum bonitas & perfectio consistit, (Nam bonitas & perfectio cuiuslibet rei potissimum ex ejus operatione & opere estimatur; quando munere

B. *ad suum finem*,

suo, ad quod condita est, recte potest fungi: ) Certe & homo propter certum aliquod opus a Deo est creatus, cum Deus & natura nihil faciant frustra: Et quia beatitudo est proprium hominis bonum, ejusque perfectio, recte ex ipsa operatione definitur. Hinc vere scribit Arist. in Eth. VII. Si quis objiceret felicitatem esse Summum Bonum, hoc certum esse & confessum; sed adhuc desiderari ut planius, quid ea sit ostendatur. Respondebit ipse: Hoc facile asequimur, si opus ac munus hominis sumptum fuerit. (5) Ex duplice inductione, quarum prior defumpta est ab artibus; quia omnium artium finis & perfectio in ipsa operatione consistit: Posterior a membris humani corporis, quae omnia propter certam functionem & operationem sunt condita, in qua etiam suum obtinent & sine ea & perfectiōnem. v.g. Oculorum est videre, aurium audire, manuum apprehendere, pedum ambulare &c. Quod autem de singulis partibus affirmatur, etiam de toto affirmari potest vid. Arist. l.i.c. IIX. Quemadmodum in ludis Olympiacis non pulcherrimus aut valentissimus quisque corona donabatur, sed illi soli, qui certabant; sic & ea quae sunt in vita honesta & bona asequuntur atque obtinent iij demum, qui recte faciunt. (7) Ex requisitorum enumeratione; Quia requisita Summi Boni nulli rei aptius convenient, quam in operationi secundum virtutem, quae omnia prolixè explicare non possumus. (8) Ex veterum consensu. vid. Arist. dicto c. IIX. (9) Ex aliis probabilioris sententia deforta. Quamvis enim plurimae de Summo Bono fuerint opiniones, tamen communiores sunt, quas Aristoteles recensuit. Dom alij statuerunt Summum Bonum consistere in voluptate; alij in divitiis; alij in honoribus; alij in Ideâ Platonicâ; alij in virtutis habitu; alij in virtutis operatione. Piores omnes prolixè refutavit Aristoteles, ita ut ultima sola remanserit de virtutis operatione, in qua absque dubio natura Summi Boni consistet. Interim Piccol. gr. IX.c.XIV. p.778. monet Summum Bonum pro diversâ ejus consideratione, etiam in alijs rebus collocari, quarum copulationem non inconcinnam ibi instituit. Summum, inquit, Bonum ut in fundamento, collocatum est in virtute: Ut informâ ac postremâ perfectione, in actione probâ & perfectâ: Ut in affectione, in jucunditate ex actione perfectâ prodeunte: Ut in necessaria instrumentis in maneri.

bns 14-

bis naturæ & forme: Ut in signo, in honore & gloriâ: Ut in fructu, in  
animi tranquillitate, vitaq; nature consentanea: Ut in objecto & sine ul-  
timo nos beante, in DEO Optimo Maximo. Ac demum ut in cumulo  
omnium ad summum hujus vita bonum conuentum, in confirmatione  
cunctorum honorum.

XIV. Genus limitatum est, quod sit operatio animæ rationalis.  
Probatur hoc (1) Ex Summi Boni principio seu causa. Hæc n. virtus  
est, quæ Summam indiget prudentiæ in mediocritatis regiâ viâ obser-  
vanda. Prudentia habitus animi intellectualis est; Intellectus  
a. solius hominis, ex his visibilibus mundi creaturis, bonum est. Si  
igitur virtus Summi Boni causa, soli homini propria est, sequitur  
etiam quod Summum Bonum sit solius animæ rationalis operatio:  
(2) Ex Summi Boni subiecto. Subiectum Summi Boni homo est,  
qui duabus constat essentialibus partibus, corpore scilicet & animâ.  
Illud materiæ, hæc formæ rationem obtinet. Qvia igitur Sum-  
mum Bonum est operatio, ut antea demonstratum, non respectu  
materiæ; sed formæ est homini adscribendum. Cum forma non  
tantum esse & distinguiri, sed ipsum etiâ der operari. Deinde corpus  
homini cum brutis est commune; cum tamen Summum Bonum  
brutis non conveniat. Anima autem hominis tribus prædicta-  
est facultatibus, vegetabili, sensibili & rationali. Illa ipsi cum  
plantis & arboribus; Ista cum brutis animalibus est communis.  
Sed nec plantarum, nec brutorum bonum est felicitas; Ergo solius  
erit animæ rationalis, ut ostendit Arist. I.i. c.7. (3) Ex Summi Boni re-  
quisitis. Dicitur n. om̄esov s. proprium bonum, non tantum rati-  
onale Individuum; sed etiam ratione speciei. Dicitur etiam idiov: ζητε-  
ται, inquit ibidem Aristoteles ἢ τὸ ἴδιον. Quærimus hic proprium,  
quod soli homini conveniat. (4) Ex effectu. Nam bona consci-  
entia quæ Summum Boni immediatus dicitur effectus, nulli preter  
hominem creaturæ potest attribui. Ergo etiam Summum Bonum  
solius animæ rationalis erit operatio.

XV. Differentia petita est (1) A formâ; Quod sit operatio ani-  
mæ rationalis secundum virtutem. (2) A proprio: secundum virtutem  
optimam & perfectissimam. (3) A subiecto: In vita perfectâ,

XVI. *Forma Summi Boni dicta est virtus.* Nam dupliciter virtus potest considerari vel habitualiter, & sic est causa efficiens ipsius Summi Boni; quia ex virtutis habitu operationes virtuosae promanantur: *Vel exemplariter seu Idealiter*, quatenus est idea honestatis, exemplar probitatis, regula & norma secundum quam omnes actiones virtuosa sunt instituenda & perficienda. Nam aliud est agere, aliud est secundum virtutem agere. Illud improbis & bonis est commune; Hoc vero solum viri boni est officium. Hinc virtus sola est, quæ decus Summo Bono seu operationi ex anima rationali prodeunti conciliat. Omnes propterea Philosophi veteres, quoties de Summo Bono disputationes instituerunt, virtutis etiam mentionem semper fecerant, ut multis probat Arist. I. l. c. 8.

XVII. Proprium est, quod in Summi Boni constitutione requiratur *virtus optima & perfectissima*. Virtus n. cum sit qualitas magis & minus recipere potest, cum hoc qualitatum proprium sit. In summi autem Boni natura non nuda virtutis requiritur praesentia; sed virtutis excellencia: Tanta scilicet quæ hominis viribus potest comparari, quæq; humanae est conditionis. Id autem probatur. (1) A felicitate naturâ, quippe quæ habet maximam excellentiâ, cum sit actio optima & perfectissima. (2) A regula Philosophica: Quali n. effectus, talia etiam esse solet causa. Ergo felicitas Bonum optimum & perfectissimum, optimam & perfectissimam requirit formam, optimam & perfectissimam virtutem. (3) Ex Aristotelis assertione: Hic n. r. Eth. 7. scribit. Εἰ δὲ τὸ πλεῖστον εἴσται, κατὰ τὴν δέσμην τοῦ τελεοτάτου: h. e. cum plures sint virtutes, S. B. requirit optimam & perfectissimam.

XIX. Subjecti conditiones continentur verbis: *In vita perfecta*. Quibus indicatur in subjecto triplicem potissimum necessarium esse perfectionem: (1) perfectionem etatis. Cum enim etas puerilis sit imperfecta, non tantum ratione corporis; sed etiam ratione animi, cuius cognitio in pueris admodum debilis & angusta, nullam ibi sedem invenire poterit augusta & perfectissima virtutum directrix, prudenter. Matura igitur & ad minimum juvenilis ad

Tia ad felicitatem consequendam requiritur etas. *Perfectio rationis*  
*judicij.* Nam sola etatis perfectio hic non sufficit, cum in viris  
etiam, immo in senibus sapissime magna reperiatur stultitia; sed ad  
S. B. comparationem necessaria est exactissima omnium circum-  
stantiarum notitias singularis variarum rerum experientia & sum-  
ma ac solidissima judicij constantia, ut, his ipsis vir bonus instru-  
tus & habitu virtutis confirmatus, praclaras & felices actiones e-  
dere possit. (3) *Perfectio temporis seu constantia actionis.* Nam fe-  
licitas non est res momentanea, neque quisquam naturaliter in mo-  
mento redditur perfectus; sed actio debet esse constans ac diurna  
sicut enim una hirundo non facit ver; Ita neque una actio parit felici-  
tatem. Hinc Arist. l. i. Magn. moral. c. 1. suum quoque huic ex-  
positioni additum calculum. Cum igitur, inquit, felicitas sit bonum  
perfectum & finis, nos latere non debet, id in etate perfecta esse; non ad  
in puer, sed in viro, E. namque perfectus, & ne quidem in tempore  
imperfecto; sed perfecto. Perfectio autem tempus fuerit, quam-  
diu homo vivere potuerit. Nam recte a multis dicitur, felicissi-  
mo vite tempore esse judicandum, ut opus sit perfectum esse & in  
tempore perfecto & in homine. Idem quoque facit Cic. l. 2. de  
Finib[us], Neq[ue], inquiens, in aliquā parte, sed in perpetuitate temporis  
pirat[ur] beati duci soler. Neq[ue] appellatur omnino vita, nisi perfecta &  
absoluta: neq[ue] potest quisquam esse alias beatus, alias miser.

XIX. Ex hac tenuis dictis facilis labore colligimus, quānam  
sunt requīta Summi Boni propriæ, quæ ab aliis nuncupantur essentia-  
lia. Dicitur Summum Bonum (1) ēineō l. i. Eth. c. 5. domesticum  
seu proprium ejus, qui possidet partum ratione acquisitionis: non enim  
dependet ab alieno vel labore l. favore; cum hoc modo esset ambu-  
latorium, & nunc hominibus faventibus concederetur, nunc indi-  
gnantibus vicissim admiseretur. Sed qui Summi Boni desiderat  
fastigium, multo opus habet labore, multo sudore eoque proprio,  
non alieno quia secundum illud: Non tibi per ventos essa columba  
venit. Et ut Hesiodus habet: Τῆς δὲ γερῆς ἴδεων τε Θεοὶ πεπά-  
ρησαν εἴδηναν. Virtutem posuere dī sudore parandam. Partim ra-  
tionē possessionis: non est hæreditarium bonum, sed quisq[ue] qui sibi  
B 3 id ipsum

Id ipsum assiduo virtutum exercitio comparavit, idem etiam possidet. Partim ratione usurpatoria: ab eodem, à quo acquisitum, & à quo possidetur, identidem usurpatur, quia felix sua secundum virtutem optimam & Perfectissimam instituit operationes. Hoc vero de exercitio ipso est intelligendum, non vero de ejus utilitate. Nam hæc ratione Summum Bonum non est proprium, sed multis vult prodesse vir beatus; neque Summum hoc Bonum est moxatis cum, aut solitariæ competit virtus, sed est bonum politicum & publicum, quod in vita civili & in ipsa conversatione exercetur. Interim tamen maxima quoque ad ipsum evadit uox utilitas redit, nam conscientia tranquillitas & honesta voluptas. (II) dicitur φαίνεται difficulter mobile. Dicitur unita (1) propter causam efficientem, quæ est remota, ipsa affinitas seu conservudo. Conservudo autem difficulter moveatur, cum juxta illud vulgatum, Conservudo sit altera natura, id quod etiam approbat D. August. l. 6. de Musica dicens: Conservudo, quæ secunda & affabricata natura dicitur. Et proxima, ipse virtutis habitus. Jam autem habitus est firmissima & constans, excellens qualitas, quæ propterea opponitur dispositioni, quæ est qualitas facile mobilis; & ipse habitus definitur, quod firmiter inhereat suo subjecto, idq; promptum reddat ad quaslibet functiones facile, expeditè & cum delectatione exercendas. Virtutes etiam maximam habent constantiam. Ita enim inquit Isocrat. ad Dem. τῆς ἀρετῆς οὐδὲν κτῆμα στεμνότερον, οὐδὲ οἰστατικόν. Et h. e. virtute nulla possestio venerabilior, neg, firmior est. Et ipse Aristot. l. 1. Eth. c. 10. Cum omnia humana, inquit, sint infirma & fluxa, sola virtutis actio habet constantiam. Nam & scimus ipsis stabiliores, diuturnioresq; videntur virtutes. (2) propter causam formalem. Quia est operatio non secundum quamlibet vulgarem, sed secundum virtutem optimam & perfectissimam. Si autem qualibet virtus est res constantissima, multò magis sequitur, quod opima & perfectissima talis sit, ac proinde operatio secundum eam non est nisi res difficulter mobilis. (3) propter subjectum, quod est vir bonus, qui in omnibus suis actionibus est constantissimus, nec quolibet moveatur. In adversis enim non supprimitur, in prosperis non extollitur;

tur, sed semper sui similis est. (4) propter effectum. Effectus Summi Boni sunt conscientia bona & voluptas honesta. Has certe qui semel recte percepit, neq; cum historius mundi thesauros commutaret. (5) propter viribea etencomium: Dicitur enim περιγραφη quadratus. Sicut enim difficultius ea, quae quadrata sunt, mouentur: ita etiam hac appellatione viri boni constantia insinuantur. Notatu autem dignissima sunt verba, que habet Aristot. l. 2. c. 10. Ergo, inquit, firmiter ac vere in beato merit hoc Summum Bonum, quod querimus, eritque ille, dum vivet, id, quod esse dicitur. Nam vel semper, vel omnium maxime, ea agit, & animo cernet, qua sunt virtutis, fortunae, casus pulcherrime, omnique ex parte sive, ut oportet, ferret: quippe, qui vere sit vir bonus, & sine vituperatione quadratus. (6) propter Ethicorum consensum. Notamus hic saltem verba unius Piccolomini, qui sa scribit: Contingere profecto potest, ut felix privetur fortune muneribus; sed ut evadat vitiis, & adeo insipiat, ut habebit vitiiorum induat, nec excogitare quidem valens: non enim prudenter & virtutes tam leves atq; imbecilles sunt, ut in contrarium verti possint adeo, ut quod primò vir ille felix judicavit bonum & honestum, mox malum & turpe censeat. Alias & multas necessarias conditio-nes præter has Summum fortitur Bonum, dicitur πολύτονος, ἀκρότον, τελείτον, αἰσθετον, γεωδοτον &c. Sed hic eas explicare non possumus, alij loco & tempori eas reservamus.

XX. Oppositum Summi Boni est Summum malum, ubi notanda partim est quæstio? An sit? partim quæstio Quid sit?

XXI. Quod priorem attinet quæstionem, dubitarunt mul-  
ti de Summi Mali existentiâ; Verum confundunt Summum ma-  
lum transcendentale & morale. Transcendentale Summum malum  
non datur, quod notandum est contra Manichæos. Sed Sum-  
mum malum morale omnino concedendum est, id quod probari  
potest (1) à Summi mali essentiâ. Si datur essentia Summi mali,  
non potest negari existentia: Illa enim essentia quæ nunquam exi-  
steret, esset frustranea. Atqui verum prius: Quia datur Summi  
mali definitio, quæ est oratio explicans rō ή έπ. E. (2) Ex Summi  
Bonî

**Boni & virtutis convenientia.** Sicut enim virtuti tanquam medio, opponitur vitium contrarium; Ita etiam Summo Bono tanquam fini opponitur Summum malum contrarium. (3) Ex quotidiana experientia. Qjia plures in communi vita vitiosos, quam virtuosos, plures in summo gradu malos, quam in Summo gradu bonos reperimus. (4) Ex viij efficientia. Positâ enim causâ non otiosâ; sed operosâ, cāq; non impeditâ, ponitur effectus. Atqui datur vitium habituale (Summi mali causa) quod non est otiosum; sed maximè operosum. E.

XXII. De posteriori multa facere verba hac vice nec liber, nec licet. Solam adducimus Definitionem quæ talis est: *Summum malum est operatio anime rationalis secundum vitium pessimum in vita perfecta.* In hac enim quæstio quid sit continetur. Alia partim ex opposita virtutis explicatione possunt illustrari partim ex aliis autoribus explicari. Nos ea hic omittentes nostram disputationem concludimus.

## FINIS.



24

IN NOMINE JESU !  
EXERCITATIONUM ETHICARUM  
DISPUTATIO III.  
*De*  
**IMMEDIATIS**  
SUMMI BONI EFFE-  
CTIBUS.  
*Quam*  
PRÆSES  
**M. JOHANNES Deutschmann**  
Jütrebocensis Saxo,  
ET RESPONDENS  
**SAMUEL BONERUS**, Jütrebocensis,  
*publicæ ventilationi exponunt*  
In Auditorio minori Ad d. i. Octob.  
\*\*\*\*\*  
WITTEBERGÆ,  
TYPIS JOHANNIS HAKEN, M.DC.LI.





## I. N. J.

### L.

Cum Summi Boni naturam consideraverim⁹, ad ea, quæ ejus essentiam vel consequuntur, vel concomitantur, accedere animus est, quæ vulgo vocantur *Accidentia communia*. *Accidentia* dicuntur (1) quia non pertinet ad Summi Boni essentiam. Quicquid autem non pertinet ad rei cuiusdam essentiam, aliorum ipsi videtur accedere, adeoq; Accidentis appellationem meretur. (2) quia essentiam Summi Boni partim consequuntur, partim concomitantur. Illa autem essentia est integra, non mutila & manea. Si integra, reliqua, quæ eam consequuntur, vel concomitantur, meritò dicuntur *Accidentia*, secundum illud vulgatum.: Quicquid enim seu essentia advenit, dicitur *accidens*. (3) quia Summi Boni essentiam nunquam ingrediuntur, sed tantum cum eâ coniunguntur, ita tamen, ut etiam sine ea existere possint.

2. Dicuntur præterea *Accidentia Summi Boni Communia* (1) quia non tantum Felici, sed etiam alijs videntur adesse. Dives epulo multis abundavit divitijs, nec tamen fuit beatus, quia nihil minus, quam virtutes exercuit &c. (2) quia non sunt propria. Omne enim accidens vel proprium est vel commune. Sed non sunt propria, quia nec soli, nec omni, nec semper Felici adsunt. E. (3) De immediatis effectibus ita scribit Plur. Rev. Dn. D. Wendel super b.l. Num à nonnullis recte propria vocentur dubitari potest. Non enim cum subjecto instar priorum necessario cohærent. Deinde si essent propria, causam sui agnoscerent necessariam, possentq; verè demonstrari, id quod falsum, cùm in Practicis demonstratio-nes non dentur. Imò hāc ratione cum essentia Summi Boni reciprocarentur, neq; à suo subjecto separari possent. (4) quia ita appellantur respectu priorum & essentialium Summi Boni requisito-

rum,

rum, à quibus omnino hæc accidentia communia sunt distinguenda.

3. Sunt autem hæc *Accidentia Communia* in duplii differentia: vel immediati Summi Boni effectus, vel *Bona ejus concomitania*. De illis præsenti, de his vero sequenti disputatione tractationem instituemus.

4. *Immediati Effectus* duo numerantur ab auctoribus: *Bona conscientia & voluptas honesta*. Dicuntur autem *Effectus* (1) *ratione principij*: Quia ex Summi Boni essentiâ, tanquam ex causa suam trahunt originem. (2) *ratione subjecti*. Felix enim bona habet conscientiam, in felici etiam est voluptas honesta. Aut ergo bona conscientia & voluptas honesta sunt causæ felicitatis, aut sunt felicitatis effectus. Sed illud falsum. Qvia non præcedunt, sed sequuntur Summum Bonum. Omnis autem causa prior est effectu. Ei sunt felicitatis effectus, distingendum tamen est *inter Effectum, quatenus importat finem & perfectionem*: quod sensu Summum Bonum dicitur Effectus virtutis, quia ejus finis & perfeccio est. Cum vero Summum Bonum sit ultimus finis, non potest ad alium, tanquam ad finem referri, hinc etiam hac ratione Bona conscientia & voluptas honesta Effectus Summi Boni dici nequeant. Et *inter effectum, quatenus saltum ordinem & consecutionem* denotat, quod ratione Bona conscientia & voluptas honesta sunt effectus beatitudinis, cum & haec præcedat, & illa subsequatur. Præterea appellantur *Effectus immediati*, quia fluunt ex Summi Boni naturâ, tanquam ex causa immediata, illamq; semper consequuntur, ita quidem, ut ubi Summum Bonum est, ibi etiam simul sit & conscientia bona & voluptas honesta. Neque ullâ aliâ opus est causâ, quod mediante hoc ipsum fieret. Nam re esse agendo neminem timemus, sed ob causâ bonitatem bonam servamus conscientiam, & summam in omnibus vitæ negotiis percipimus. voluptatem.

5. Prior summi Boni effectus est *Bona Conscientia*, non quidem *rationis temporis*: quia eodem momento, quod conscientia re beatitudinem ex cogitatorum, dictorum & factorum recordatione cognoscimus, etiam summam in ea delectationem percipimus.

Sed

Sed (1) ratione originis : quia primum ex virtutis operatione Bonam habemus Conscientiam , postmodum ex eadem oritur etiam voluptas honesta . (2) ratione ordinis : quia voluptas honesta presupponit Bonam conscientiam , quae nisi adsit , nemo hanc honestam voluptatem consequi poterit . Bona contra conscientia precedit , voluptas honesta sequitur . (3) ratione operationis : Nam operations Bonae conscientiae precedunt operations voluptatis honestae secundum illud Ovid. l. 4. Fast.

Conscia mens recti , fame mendacia ridet .

Conscium esse recti , actus est conscientiae : famæ ridere mendacia , actus est voluptatis . Sicut & illud , quod idem habet Ovid. l. 5. Fast. i. hoc spectare videtur :

Conscia mens ut cuiq; sua est , ita concipiit intra  
Pectora , profacto ffemq; metuq; suō .

6. Hic loci autem non incongruè disquiritur . : Annes  
Bona conscientia Ethica sit considerationis ? Ratio dubitandi defumitur ex eo , quia Bonam Conscientiam tractat Physicus , considerat eandem Theologus , ut omnino supervacaneum videri possit , hic in Ethicis multa de Bona Conscientia verba facere . Verum de Bona Conscientia in Ethica etiam agendum esse , probatur . (1) à causa Efficiente , quæ est Summum Bonum . Hoc enim pertinet ad Ethicam . E. ibi etiam ejus effectus est considerandus . (2) ab Objecto . Versatur circa cogitata , dicta & facta hominum . Hæc autem Ethicus considerat an bona , an vero mala sint . (3) à subiecto , quod est vir bonus . Virum autem bonum Ethica non tantum deserbit , sed etiam informat & efficit . (4) à forma genericā . Quia est notitia cogitationum , dictorum & factorum : Ea autem cognoscuntur ex Ethica , quia in illâ agitur de principiis actionum humanarum , de medijs & aliis requisitis . (5) à differentia specifica . Quia est notitia recte cogitatorum , dictorum & factorum . An vero aliquid cum virtutis & honestatis normâ conveniat , an vero à mediocritatibus regula aberret , hoc docevit in Ethicis . (6) ab effectu . Quia ejus actio consistit in excusando .

Excusare autem neminem possumus, nisi sciamus ipsum esse inculpatum & virtutis studiosum. Virtus autem studium in Ethica explicatur. (7) ab adjuncto. Quia dicitur Conscientia Bonæ, ut autem aliquid bonum sit, Ethici est judicare, cum Bonum Ethicæ & totius Practicæ Philosophia finis sit. Quod a. attinet rationes dubitandi; Distinguendum est inter materiale & formale: illud pluribus disciplinis potest esse commune; hoc verò rem ad unam certam disciplinam determinat. Theologus considerat Bonam conscientiam, quatenus peculiare Spiritus Sancti donum est, & ex peccatorum remissione, iustitiaque Christi imputata oritur. Physicus quatenus ad intellectum spectat Practicum. Ethicus quatenus ad Summum Bonum referunt, ejusque effectus seu consequens appellatur.

7. Cum ergo consideratio Bonæ Conscientiæ hujus sit loci, quedam de ejus cognitione deliberate ordinis postulat ratio. Cognoscitur autem ea partim per ipsam definitionem, partim per oppositi explicationem.

8. Definitio talis ab Ethicis preponitur. Conscientia est recte cogitatorum, dictorum factorumq; indubitate notitia & recordatio, cuius actio in excusando constituit. In qua definitione nec definitum nec ipsam definitionem sicco pede transire liberum est, sed unumque paulò pleniùs evolvere, planiusq; sistere, non obsecuta ipsorum requirit conditio.

9. Definirum quod attinet, dicitur (1) Conscientia, quæ vox & in Graeca & in Latina & in Germanica lingua nomen ascendo, obtinuit. Nam in illa dicitur ονειδησις; in ista, Conscientia; in hac vero das Gewissen. Cognoscit enim omnia hominis cogitata, dicta & facta, sive ea bona sive mala. Appellatur autem non simpliciter scientia, sed Conscientia, de quo nomine alijs alias solent allegare rationes. Quidam conscientiam dictam volunt, quasi cordis scientiam. Hinc Hugo l. 2. de an. c. 12. & Bernh. de inter. dom. c. 22. dicunt: Conscientia est cordis scientia. Quia, pr. Hugo d. l. illud explicat, cor & se novis sua scientia, & multa alia,

quar-

quando se novit, appellatur conscientia, quando præter se alia, nominatur scientia. Alijs Conscientia est quasi concludens scientia, quia conscientia est syllogismus practicus, qui ex lumine naturæ judicat & concludit, quid honestum, quid turpe, quid præceptum, quid prohibitum, quid sequendum, quid fugiendum sit. Quia-dam Conscientiam dictum putant quasi scientiam cum aliis: vocabulo hoc sumpto & objectivè & subjectivè. Priori modo, quia non est scientia simplex seu solitaria, sed conjuncta & facto applicata, quatenus illud vel commissum vel omissum cognoscimus. Posteriori modo, non solum nostrorum vel bene vel male factorum sumus conscient, sed cognoscunt illa etiam alii nimirum Deus, Diaboli, homines &c:

10. (2) Conscientia nuncupatur Bona (1) à causa Efficiente. Quia à Summo Bono trahit originem, ejusque effectus dicitur. (2) ab honestatè & bonitatis norma, quæ est recta ratio, lex illa Dei nostris cordibus inscripta. (3) ab Objecto, quia circa cogitata, dicta & facta bona versatur. (4) à subjecto, quod est vir bonus. (5) ab effectu: animum enim hominis bonum efficit & tranquillum, de vita & hominis bonitate fert testimonium, deque ejus innocentia, absolvit à culpâ, excusat, defendit & denique solutus. (6) ab adjuncto. Adjunctam enim sibi habet voluptatem bonam, cum quâ penitissimè cohæret, eamq; quasi producit. Hinc Antiphon Comicus: Τὸ μὴ συνειδεῖν γὰρ αὐτὸς τὸ βίω ἀδικητοῦντος, ἵδανην πολλὴν ἐχει h.e. Conscium esse in virtute suâ Nullius criminis, multum voluntatis facit.

II. Definitum sequitur Definitio, quæ partim genere constat, partim differentia. Genus est notitia cum recordatione conjuncta. Notitia est, quod probatur (1) ex Etymologia: quia ipsa nominis ratio scientiam seu notitiam importare videtur (2) à subjecto: Quia conscientia est actus intellectus, cuius proprium est cognoscere. Sicut ergo ab intellectu non potest separari cognitionis, ita etiam conscientia cogitatorum, dictorum & factorum essentialiter includit notitiam. (3) ab objecto: quia versatur circa ea, qua præterita sunt, nimirum circa jam antea cogitata, dicta & facta. Eorum autem, quæ præterita sunt cognitionem habere non saltem possu-

possimus, sed etiam debemus. Cum non sit hominis rationalis  
instar brutorum in diem vivere, nec praeterita ruminare vel futura  
prævidere, sed cœco & bruto aspectu præsentia modo sentire. (4)  
à conscientia testimonio. Testis qui est, causa habeat cognitionem  
necessum est. Conscientia autem de omnibus cogitationibus,  
dictis & factis testatur, easdem ergo absque dubio cognoscit. (5)  
*Ex conscientia iudicio.* Inter alia judicis requisita hoc vel maximè  
necessarium est, ut perfectam causæ habeat notitiam. Si enim  
minimas saltem rei circumstantias ignoraverit, in ipso iudicio fa-  
cile aberrare poterit. Arqui conscientia est judex. De cuius te-  
stimonio & iudicio ita dicitur Philippus Beroaldus: *Conscientia*  
*mille testes.* Magna vis est conscientia in utramq; partem: illa (bo-  
na) est virtutum nostrarum & innocentia truatinatrix & remunera-  
trix: illa (mala) vitiorum insectatrix & carnifex, quā judice nemo  
nocens absolvitur, & qui probus est teste conscientia, vitam degit secu-  
rām & beatam: sōntis verò & scelerati mens habet nesciò quos carni-  
fices internos. Hæc ille. Ex quibus omnibus notissimum, con-  
scientiam veram esse notitiam.

12. Verum non simplex est illa notitia, sed cum recordatione  
conjuncta; probatur hoc (1) ab objecto: quia versatur circa præte-  
rita, quorum semper recordamur, & hac recordatione suffultus  
vir bonus in omni fortuna vitam anteaquam optimè novit, istius  
recordatur, ut hæc veluti scipione innexus semper & ubique se pos-  
sit sustentare. (2) ab aliorum Ethicorum calculo. Nam ab aliis de-  
finitur per reminiscientiam. Ita enim D. Christ Matth. Coll. i. Eth.  
d. 3. th. 5. Bona Conscientia est reminiscientia actionum bene à nobis  
gestarum presentium & preteritarum, & approbatio mentis nostra recte  
judicantis, & de ipsis nobis testificantis. (3) ex Veterum consen-  
su. Cic. in Catone Majore: Conscientia bene atque vita, multo-  
rumq; benefactorum recordatio jucundissima est. Socrates ad De-  
monicum: Μηδέποτε μηδὲν αἰσχεν τοιόντας, ἔλπιζε λήστεν, καὶ  
ἡδὺ ἀ τὸς ἀλλαγῆς λήστης, σωταρός συνειδήσῃς. Vid. Juvenal. Sat. 13.  
qui multa habet hæc spectantia.

13. Differentia desumitur (1) à proprio. (2) ab Objecto. (3)  
ab ef-

ab effectu. Proprium est, quod hæc notitia & recordatio sit *indubitata*. Hæc autem summa conscientia certitudo ex multis probari potest *ex ampliis*, & quidem (1) ex ipsa *appellatione*: Dicitur enim in Graeca, Latina & Germanica lingua à scientia. Scientia autem indubitatam parit notitiam & certissimam, quia in eo distinguitur ab opinione. Cumproris autem germanica lingua hanc indubitatam notitiam videtur expressissime, ut *Gewissen* partim dicitur à verbo *stire Wissen* / & ita sit notitia: partim à nomine *adjectivo Gewiß* ut sit notitia certissima & indubitata. (2) ex origine. Oritur conscientia ex principijs nobiscum natis, quæ vulgo dicuntur *Practica*. Principia autem illa sunt certissima & indubitata, cùm nobis omnibus sint connata & ab ipsâ naturâ ingenita. Principia igitur, quia suorum principiorum referunt & continent naturam, sequitur quod ipsa etiam conscientia talem fortioriatur certitudinem. (3) ex conscientia *subjecto*. Est enim conscientia secundum Hugon. *cordis scientia*. Ex corde autem omnes prodeunt cogitationes & actiones, nulla igitur certior datur harum cogitationum & actionum notitia, quam in ipsa conscientia. (4) ex conscientia *conditione*. Nam conscientia est interna scientia, quia proficisciatur ab interno cordis judicio, quod ab omnium affectuum strepitu est liberum, adeoque hæc notitia omnium est certissima. Exterior quidem aliorum notitia in multis falli potest, & sèpissimè etiam fallitur, quia nemo potest *nepotioνώντες* esse alterius. Interior vero & domestica cordis cognitio his erroribus non est subjecta, quia nemo melius, nemo certius cognoscere potest, quid sit in homine, quam ipse, qui in homine est, spiritus, unde ipsa oritur conscientia, quæ omnino est indubitata. Ethoc est, quod dixit Satyr. Juvenalis scribens:

Exemplo quodeunq[ue] malo committitur, ipsi  
Dispicet auctori, prima est hæc ulio, quod, se-  
Judice, nemo nocens absolvitur, improba quamvis  
Gratia fallacis Prætoris vicerit urnam.

(5) ex conscientie testimonio. Testari de bene vel malefactis, conscientia est actus. Ut autem omne alias testimonium debet esse

B

cer-

certum & ab omnibus erroribus liberum , ita hoc conscientiae testimoniū non potest non esse certissimum , quia communiter conscientia non unus vocatur testis , sed mille etiam testibus & qui- paratur ; id quod summam notitiae hujus , quæ penes conscientiam est , arguit certitudinem . (6) Ex conscientiae annotatione . Conscientia n . est codex ille opertus , in quo cuiuslibet hominis cogitata , dicta & facta consignantur . Quemadmodum autem aliquis ex libro quodam , omnia ipsi inscripta , indubitate notitiā cognoscere & recitare potest ; ita etiam ex conscientiae dictamine omnia hominis acta indubitanter possunt cognosci & revelari . Deinde conscientia etiam ipse notarius cordis nostri publicus vocatur . Quemadmodum igitur notarius publica autoritate confirmatur , ut ejus fides sit certa , ejus testimonium sit indubitatum : ita etiam hic notarius divina autoritate publicus omnium cogitatorum , dictorum & factorum constitutus est , ut ejus fides sit certissima , ejus testimonium etiam infallibile . (7) ex compunctione ; Ita enim scribit Alvarus Pelagius in lib . de planctu Eccles . Sicut lumen candelæ vel lucerne ponitur in domo , ut patcent & discernantur ea , quæ in domo sunt : Ita Deus posuit conscientiam in medio cordis vel anima rationali , tanquam lumen , quō videat anima & discernat , quid facere vel non facere debeat &c : Sicut ergo lumen certa nostro visui objecta notificat ; ita etiam conscientia sua objecta non nisi certa notitiā obseruat .

14. Objectum Bonæ conscientiae triplex est , hominis scilicet cogitata , dicta & facta , eaq; bona . In eo enim conscientia bona à mala distinguitur . Nam sicut mala versatur circa malas cogitationes , locutiones & actiones ; ita è contra Bona circa bonas versatur . De secretioribus cordis cognitionibus , primò conscientia objecto , res est manuella . Nam ideo homines conscientiam suam interdum in testimonium vocant , quod aliquid ne quidem cogitarint , ut ex formula illa juramenti colligatur , quæ talis est ; Conscientiam meam testor , me id ne cogitasse quidem . Et hoc est , quod perstringit Juvenal , Sat . 13 . dum inquit de mala conscientia :

Has



Has patitur poenas peccandi sola voluntas.

Nam scelus intra se tacitum, qui cogitat ullum,

Facti crimen habet. Cedo, si conata peregit? &c.

De secundo, dicitis scilicet, idem testatur Greg. hom. 9. in Ezech.  
In omni quod dicitur, semper tacito recurrere debemus ad mentem & in-  
teriorum testimoniū requiri: quid enim proderit, si omnes laudent, &  
conscientia accusat? aut poterit obesse, si omnes derogent, & sola consci-  
entia defendat? Deniq; de factis nemo unquam dubitare potuit,  
nam plena sunt querelas gentilium scripta. Plaut. in Capt. Qvod  
malefeci, crucior, modo si infectum fieri posset. Idem in Milite: At  
hoc me facinus miserum macerat, meum cor corpusq; cruciat &c; Sic  
de bona conscientia habemus Chilonis Lacedamonij testimonium,  
qui jam grandevus dicebat, se fibi nullius facti conscientium esse ejus paene  
ret, uno excepto, quod cum esset adscitus arbitrii, ut inter duos amicos  
finiret controversiam, nec quicquam vellet adversus leges facere, persuas-  
it alteri amico, ut ad alios deferret arbitrium. Hoc pacto & legem  
serpavit & amicum.

15. Effectus Bonae Conscientiae potissimum quadruplex re-  
censetur. (1) Testari de innocentia, quod testimonium cum sit do-  
mesticum & internum omnibus aliis externis testibus est præferendū.  
(2) absolvere à culpa & pena. (3) Excusare & defendere, si  
sinistra judicia ferre cogimus. (4) solari, cum benagendo male  
audimus.

16. Conscientiae Bonae opponitur Mala conscientia. Hæ  
est male cogitorum, dictorum & factorum indubitate notitia & recordatio,  
cuius actio consistit in accusando. Omnia autem, quæ in hac  
definitione explicanda occurunt, facilia sunt intellectu, si ea, quæ  
jam dicta sunt, rite observaverimus, ideoque uberiorē hic expli-  
cationē omittimus. Salterū officia male conscientia notamus,  
quæ sunt. (1) accusare hominem propter peccata. (2) de peccatis testa-  
ri & hominem peccatorum convincere. (3) Convictū condemnare. (4)  
condemnatum torqueare & cruciare.

17. Sic fuit de priori felicitatis effectu, Bonā videlicet consci-  
entia: paucis etiam posterior est explicandus, qui dicitur Voluptas  
Honesta.

**Honestia.** Nam illius considerationem ad Ethicam spectare multis probat Arist. l. 7. Nic. c. ii. 10. c. i. (1) ex diserta assertione. Ita enim c. ii. l. 7. exorditur: ἡδονής εἰ λύτης θερπόντι, τὸ τηλολιπτήν φίλος οὐσία. (2) ab Ethici officio. Nam qui considerat finem omnium bonorum, ille etiam considerat voluptatem, cum voluptas sit è numero bonorum. Atqui Ethicus secundum Arist. cit. l. est ultimi bonorum omnium magister & veluti architectus. E. (3) à voluptatis natura. Nam voluptas & dolor sunt generale objectum omnium habituum Ethicorum seu virtutum. (4) à voluptatis & felicitatis cognatione: τὴν ἐνδαιμονίαν, inquit: οἱ τάλεῖσαι μεθ' ἡδονῆς εἰναι φασι. (5) à voluptatis subiecto. Quia voluptas naturæ hominis maximè propria est l. 10. c. 1. (6) à voluptatis effectu. Quia puerorum informatores voluptatis & doloris veluti gubernaculo eos ad officium adducunt. (7) à voluptatis latissimo fructu: quia plurimum confert ad moralem virtutem & ad ipsam felicitatem. Vid. ipsum Arist. I. d.

18. Nobis vero, quod h. l. in priori Ethica parte voluptas honesta sit evolvenda; rationes sequentes sufficiant, quarum (1) desumpta est à voluptatis cuius appellazione. Dicitur ea honesta. Honestum autem non in convenienter ibi explicatur, ubi omnium bonorum honestissimum & præstantissimum exponitur. Atqui h. l. agitur de Summo Bono, omnium bonorum honestissimo & præstantissimo. E. (2) à voluptatis honesta origine. Habet eam ex felicitate originem, cum sit ejus effectus quidam immediatus. Ergo ubi de causâ agitur, effectus etiam ipsi cause est subiungendus. (3) ex indissolibili voluptatis honestae cum Bona Conscientia connexione. Nam Bona conscientia summam animi tranquillitatem & cordis lætitiam conjunctam habet. Illa animi Tranquillitas ex memoria recte factorum oritur, atq; in judicio interno facta nostra approbante, ssvaviter acquiescit. Hanc autem summam excipit lætitia, quia cor se se tunc dilatat & extendit ut objectum præfens ssvaviter amplectatur. Cum igitur h. l. de Bona Conscientia egerimus, ipsam etiam voluptatem honestam explicate debemus. (4) à voluptatis subiecto. Est honesta voluptas

luptas in viro felici, minime vero hominibus malis & improbis  
ea communis. Hoc autem loco viri beati explicata deditus  
naturam, nunc ejus etiam immediata effectus & bona concomitan-  
tia sunt subjungenda, ut Euclæ monologias tractatio sit perfecta.  
nec mutila nec manca, unde facile colligimus Voluptatis honestæ  
explicationem h. l. minimè esse omittendam. (5) à voluptatis de-  
scriptione. Arist. 10. Nicom. c. 4. οὐδὲν δέ τελείας ἐνεργείας οὐδὲ  
γερόντων τέλος. Voluptas est perfectæ operationis subsequens  
signum. 6) ab Ethicorum celeberrimorum calculo, qui h. l. volunta-  
tem explicare solent.

19. Voluptas igitur cum sit exponenda ejus definitionem,  
statim proponimus. Definitur autem. Voluptas honesta est, quam  
homo ex virtutis actione percipit.

20. Dicitur hæc voluptas honesta. (1) ratione principij: quia  
Summi Boni, quod omnium bonorum honestissimum, consequens  
& effectus est, à quo nihil aliud præter honesta promanare possunt:  
unde in descriptione dicitur, quod ex virtutis actione percipiatur.  
In virtutis actione Summi Boni natura consistit. (2) ratione subje-  
cti: quia viri honesti & probi est hanc habere & percipere volupta-  
tem. (3) ratione effecti: Cum enim summa ipsi insit delectatio,  
moveret viri honesti animum, ut nullas nisi honestas & virtuosas a-  
ctiones percipiat. (4) ratione oppositi: quia ejus oppositum dici-  
tur voluptas in honesta.

21. Quod descriptionem ipsam attinet variae primū de-  
generē solent moveri questiones. Alij ex 7. Eth. c. 12. dicunt vo-  
luptatem esse operationem: Alij ex 2. Eth. c. 3. dicunt esse operatio-  
nis signum: Alij finem operationis assumunt ex 1. 10. c. 4. Et certè li-  
cer voluntas non sit ipsum Summum Bonum vel ipsa essentia aut  
pars ejus, tam inseparabilis ejus affectio est. Verum facilis est con-  
ciliatio harum sententiarum. Consideratur enim Summum Bo-  
num vel materialiter vel formaliter. Materialiter, ut est in subjecto,  
& ita voluptas & Summum Bonum idem sunt ratione subjecti, quia  
sunt in uno subjecto, quia etiam penitissimè cohærent. Formaliter,  
ut in sua consideratur essentia, & ita aliud est operatio, aliud vero

voluptas ex voluptate orta. Et hac ratione iterum duplex oritur  
acceptio. Sumitur enim Summum Bonum vel *absolutum*, ut est ope-  
ratio; vel *respectivè*, ut induit naturam subjecti & cerra admit-  
tit accidentia, certa consequentia, quæ ipsi tanquam subjecto in-  
hærent; quô sensu voluptas dicitur finis subsequens, qui cum o-  
perationem subsequatur, certissimum est signum perfectæ opera-  
tionis, quæ propriè in habitu consistit. In nostra vero descrip-  
tione genus est occultum, ex ipso definito repetendum. Nam  
cum voluptas distinguitur in honestam & dishonestam, voluptas  
honesta verè voluptas est, quæ generis locum obtinere dicitur.

22. *Differentia desumpta est partim à Subjecto, partim à causa,*  
*partim à modo. Subjectum est homo, non quilibet, sive bonus si-*  
*ve malus, sive virtuosus sive vitiosus. Non enim Physicus, sed Ἐ-*  
*thicus hīc consideratur homo, hinc etiam talis intelligitur, qui ha-*  
*ctenus in Eudæmonologia est consideratus, adeoque καθ' ἐξοχὴν*  
*homo in hac descriptione hominem felicem denotat, cuius quod-*  
*dam bonum est voluptas honesta, quia ipsi inhæret.*

23. *Causa est virtutis actio seu operatio, vel ipsum Sum-*  
*mum Bonum, quod in operatione consistit. Hinc enim orrum*  
*suum habet ipsa honesta voluptas: id quod indicare voluit Phil. I.*  
*10. c. dum scribit: Perficit voluptas energiam, non ut habitus insitus,*  
*sed ut extrinsecus accedens finis quidam. Perinde ut etatis florem ad-*  
*epis pulchritudo accedit.*

24. *Modus voluptatis consistit in perceptione: quæ perceptio*  
(1) *non est corporis, sed animi. Cum enim corporis voluptates*  
*corpus afficiunt, à corpore etiam percipiuntur. Sed Summum*  
*Bonum non est corporis bonum, sed animi, quia est animæ ratio-*  
*nalis operatio, ejus ergo voluptas non ad corpus sed ad animum est*  
*referenda. (2) non externa, sed interna. Hoc facile ex priori*  
*colligitur, quia enim animi est voluptas, etiam interna sit neces-*  
*sarium est. Variaz quidem sunt hominis voluptates: aliae percipi-*  
*untur ex visu: aliae ex auditu: aliae ex gustu: aliae ex tactu: aliae ex*  
*olfactu. Verum sunt hæc voluptates externæ, quia externis percipi-*  
*untur*

hunc sensibus. Nos hic consideramus eam, quæ interius animal nostrum afficit, ab eodem etiam percipitur. (3) non est impura & mixta, cui non nihil turpitudinis vel molestia adest, quales sunt corporis & externorum sensuum & in primis gustus & tactus voluptates: sed purum & sincerum, ubi nihil turpitudinis, nihil etiam doloris est admixtum. Nam sicut operationes mentis puriores sunt operationibus sensuum & corporis: ita etiam voluptates, quæ istis operationibus sunt cognatae, sunt puriores. Sicut ergo ipsum Summum Bonum est animi bonum, bonum internum & purissimum; ita etiam quæ ex Summo Bono seu virtutis actione pro manat voluptas erit animi bonum internum & purissimum.

25. Voluptati honestæ opponitur ea, quæ est in honesta seu turpis. Cujus notanda est partim *appellatio*, partim *assertio*, partim *definitio*. Quoad *appellationem* dicitur. (1) *Voluptas*, quia in vitijs suam etiam querunt delectationem vitiōsi. Sic avarus se se delectat auri & argenti aspectu: libidinosus oculos suos pascit in lascivis objectis: ebriosus vini laudat copiam &c: Deinde quia talis videtur plerisque hominibus, hinc Hieron. Epist. ad Damasum inquit: *Semper voluptas famam sui habet, & transacta non satiat*. Dicitur. (2) *inhonestas*. Partim ratione principij, quia ex in honestissima omnium actione suam habet originem, nam ex Summo male. Sicut enim honesta voluptas suum ex Summo Bono accipit ortum, ita etiam ex Summo Malo in honesta pro manat voluptas. Partim ratione medij: media enim ex quibus in honestam voluptatem percipiunt homines vitiōsi, sunt actiones vitiōsa, actiones in honestæ, que secundum vitium pessimum sunt institutæ. Partim ratione effecti: Hanc enim voluptatem sequitur pudor & ignominia, id quod Boët. l. 3. de Philos. consol. explicat, dicens: *Quid autem de corporis voluptatibus loquar? quarum appetentia quidem plena est anxietatis: satis aspergunt verò pœnitentiae, quarum motus quid habeat jucunditatis ignoro. Tristes verò esse voluptatis exitus, quisquis volerit reminisci libidinum suarum, intelliger. Partim ratione oppositi. Oppositum ejus dicitur voluptas honesta, ergo hoc merito in honestæ appellatio fortiter.*

26. Quoad *assertionem*, quod detur talis in honesta voluptas, res extra omnem controversiæ alcam posita est. Confirmat hoc (1)

quoti-

quotidianâ experientia? Illa enim universalis est, non restricta ad certa loca vel tempora. Sed omnibus temporibus ubivis locorum tales inhonestæ voluptates & fuerint & homines ad varia scelerum genera excitaruntur. Quicquid autem universalis confirmat experientia, illud non potest negari. (2) malitiosa concupiscentia: illa enim præ se fert quandam & bonitatem & voluptatem, & tamen reperitur in omnibus nostris membris, quæ contra rectam rationem sèpius inhonestas actiones suscipiuntur. (3) Summi mali existentia. Si enim Summum malum existit, sequitur etiam quod detur inhonesta voluptas, cum hæc sit immediatum præjus consequens. Atqui verum est prius, quod in precedente disputatione est probatum. E.

27. Definitionem quod concernit, est catalis: *Voluptas in honesta est quam homo ex viciis actione percipit.* Genus pariter in hac definitione non est neglectum; sed sub intellectum. Differentia defumpta est à subiecto, à causa, & modo. Subiectum est homo, non virtuosus, sed virtiosus; non felix, sed infelix; non beatus, sed miser. Ut enim voluptas honesta felicitatis est effectus; ita inhonesta voluptas miseria est effectus, qui homini misero inhaeret. Causa est viciosa operatio, non quidem efficienter, cum malum tanquam Ens privatum, nullius rei possit esse efficiens causa: sed deficienter. Nam eo ipso, quo Miser suas operationes secundum vitium pessimum instituit & male operatur, operando etiam deficit: qui defectus in hominibus extremè malis cum voluptate est conjunctus. Modus consistit in perceptione: quæ perceptio non est pura, sed plerumque dolorem seu tristitiam conjunctam habet, quæ ex ipsa malâ oritur conscientia. Cum autem de his omnibus überius differere non possumus, nostram hic concludimus.

FINIS.

D

IN NOMINE JESU!  
EXERCITATIONUM ETHICARUM  
DISPUTATIO IV.

*Deo*

BONIS SUM-  
MUM BONUM CONCO-  
MITANTIBUS

*Quam*

PRÆSES


M. JOHANNES *Deutschmann*  
Jütrebocensis Saxo.

ET RESPONDENS


CHRISTIANUS BARTHESIUS  
Colb rgå Pomeranus

*publicè proponunt*

In Auditorio Minori Ad d. i. Novemb.



WITTEBERGÆ,  
TRPIS JOHANNIS HAKEN, M.DC.LL



I. N. J.

EXERCITATIONUM ETHICARUM  
DISPUTATIO IV.

DE BONIS SUMMUM BONUM CON-  
COMITANTIBUS.

Wittenberge Ad d. 1. Nov. Anno 1651. publicè proposita.  
Præf. M. JOHANNE Deutschman Jütrebocensi  
Respond. CHRISTIANO BARTHESIO Colbergæ Pomerano.

I.

**E** Gimus hactenus de Summi Boni Practici naturā in se specta-  
rā; egimus pariter de immediatis S. B. Effectibus: restant in  
priori Ethicæ parte, quæ Eudæmonologia nuncupatur, ea-  
solum Bona, quæ vulgo dicuntur *Concomitantia*.

2. Dicuntur ea partim *Bona*, partim *Concomitantia*. Boni  
appellationem sorriuntur, non quod (1) sint saltem Φαινομένα &  
apparenter talia, ut volunt Stoici, qui omnia hæc bona concomi-  
tantia & externa negant esse bona verè & propriè sic dicta, quod  
prolixè probat Cic. in parad. 1. tum à boni definitione: *Quid est igitur, inquit, bonum?* Si quid rectè sit, & honestè, & cum virtute, id  
benè fieri verè dicitur; quod rectum & honestum, & cum virtute est, id  
solum opinor bonum. Verum dist. inter bonum morale & naturale. Licit enim virtus sit bonum morale, tamen non excludit bona na-  
turalia. Sic communiter distinguere solent bonum in honestum,  
jucundum & utile. Aristot. etiam l. i. c. 8. dicit, quod bonorum  
tria sint genera, alia externa, alia corporis, alia animi: inter quæ a-  
nimib[us] bona in primis quidem & maxime propria (non tamen sola)  
sint bona. Tum ab inductione, quia neq[ue] voluptates, corporis bona,  
neq[ue] dixitiae, fortunæ dona, bonitatis rationem obtineantur.  
Hoc ipsum ita videtur probare & asserere. Nunquam enim, scribit,  
me Hercule ego neq[ue] pecunias istorum, neq[ue] teclæ magnifica, neq[ue] opes, ne-  
que imperia, neq[ue] eas, quibus maximè adstriciliunt, voluptates, in bo-  
nis rebus, aut expetendis numerandas duxi: &c. Verum dist. inter mo-  
deratum & licitum horum bonorum usum, & inter eorundem illici-

tum & immoderatum abusum. Tum ex horum bonorum effectu. Potestne, pergit, bonum cuiquam malo esse, aut potest quisquam in abundantia bonorum ipse esse non bonus? Atq. ita omnia talia videmus, ut improbi habeant, & obsint probis. Verum iterum loquuntur haec de abusu, non de vero usu, neque effectum essentiali & proprium, sed fortuitum & accidentarium indicant. Alia quoq; Stoicerum vel momenta vel exempla, qua ibidem Cicero adducit, non sunt majoris ponderis sed facilioris adhuc solutionis.

3. Neg. (2) εξοχικῶς & eminenter Bona, ut censent homines plebeji. Sed ut in illi defectu peccabant Stoici, ita hi in excessu aberrant homines illiterati. Servi enim qui sunt, servitutem omnium malorum postremum judicant, cum *Libertas*, secundum Imperatorem, incomparabile sit precium; in libertate ergo summam suam constituant felicitatem. Cum etiam secundum Plut. *Sanitas* sit maximè divinum & longè blandissimum condimentum, inde agrotis ea summa videtur felicitas. Ita alii in aliis S. B. ponunt, sibiique proponunt. Verum S. B. in ejusmodi externis rebus non potest consistere, cum sit operatio animæ rationalis, bonum οὐκεῖον & ἄδον, non externum sed internum, non fragile sed stabile bonum. Dist. igitur inter felicitatem popularem & civilem, inter communem & singularem, inter fortuitam & practicam s. acquisitam. Illam vulgus ex bonis externis vel corporis vel fortunæ estimat; hanc v. Ethicus ex virtutum actione constanti judicat. Quod enim Felicitas moralis non sit corporis bonum, ex ipsa constat S. B. definitione, ubi exsertis verbis exprimitur, quod sit operatio animæ rationalis. Quod eadem etiam nequeat esse fortunæ donum, ex eadem definitione colligitur, dum dicitur, quod sit operatio secundum virtutem optimam & perfectissimam. Ubi haec virtutis excellētia, summa ibi requiritur prudentia. Multum autem ubi prudentiæ, parum ibi fortunæ, quia summa ibi constantia, nulla inconstantia. Accedit & hoc, quod fortunam cæcam, brutam & insanam dixerint sapientissimi, sicut Cic. l. 2. ad Heren. testatur: *Fortunam, inquit, insanam esse & cæcam & brutam perhibent Philosophi. Cæcam ob eam rem, quod nihil cernat, quod se se applicet: insanam autem ajunt, quia atrox, incerta, instabilisq; sit: brutam, quia cum multis in-*

comis

*commodia conficiatur, propter immensam pecuniae cupiditatem.* Cum igitur talis sit fortuna, absurdum esset, felicitatem, quae est praestanssum bonum, firmissimum, & constantissimum, cum ratione & virtute semper coniunctum, illi adscribere.

4. Dicimus ergo (3) quod haec sint bona virtus & realiter, & quidem in suo genere. Illud colligimus (1) ex bonitatis definitione: Cui n. convenit definitio, eidem definitum non potest denegari. At qui verum prius de his bonis, quia ipsis competit congruentia ad nostram voluntatem, quae libertatem, sanitatem & alia ejus generis bona expedit. E. (2) ex bonorum distributione. Non tantum datur bonum morale, ut volunt Stoici, sed etiam Transcendentale, & naturale, ut ex Metaphysica est manifestum. Non datur solùm S. B. ut censem plebeji, qui ex quolibet bono felicitatem mensura resolent, sed etiam dantur intermedia bonorum genera. Non datur solùm bonum honestum, sed præter hoc etiam jucundum & utile annotarunt Philosophi. (3) ex horum bonorum applicatione. Quia n. concomitantur S. B. suam cerram ut habeant quoq; bonitatem necessum est, alias in S. B. etiam reperiatur vitium & malum, quod est absurdum: Instrumenta & oramenta S. B. essent vitiosa, & tamen apprimè necessaria, quod absurdissimum. (4) ex corundem effectu & operatione. Reddunt enim S. B. illustrius, efficiunt S. B. appetibilius, ut ex definitione patebit. Hi autem effectus non sunt mali, sed optimi, & cum omnis effectus testetur de sua causa, merito horum bonorum dignitatem & bonitatem illi effectus comprobantur.

5. Deinde dicuntur Bona Concomitancia. (1) ex appellatione. Quia alias dicuntur externa. Externum a. quod est, illud interno adjungitur, idq; concomitantur. Externa tamen dicuntur non tam subjectivæ, quasi omnia sint extra hominem, nam robur, pulchritudo, sanitas, non sunt extra sed intra hominem; quam obiectivæ, quod omnia sint extra S. B. essentiam, & extrinsecus ad eam accedant. (2) ex ipsa natura & conditione. Sunt n. felicitatis comites, nō vero ipsos constituant felices: non pertinent ad S. B. principia, sed ad e-

ius instrumenta, non ad ejus constitutionem, sed exornationem, non ad essentiam, sed ad existentiam. (3) ex ipsa definitione, ut postea explicabitur. (4) ex requisitorum essentialium denegatione. Partim enim non sunt bona animi, sed corporis; partim non sunt *oīcēia* & *lāg*, ut sanitas, amicitia, honor &c: partim non sunt *uītā*, sed congenita & naturalia: partim non sunt *dī dūrā* ut divitiae, & quae alia requisita ipsis neutiquam convenient. (5) ex subjecti distinctione. Hæc n. bona l. sunt corporis l. rerum planè externalium; sed S. B. suam principalem in anima rationali sedem habet, extra essentiam ergò felicitatis hæc Bona Concomitantia reperiuntur, adeoq; merito saltem Bona concomitantia dicuntur.

6. Bona hæc S. B. concomitantia describuntur, quæ per accidens cum eo conjunguntur, quibus illud neg, perficitur, neg, augerur, sed illustrius redditur & magis appetibile efficitur. Definitum in precedentibus explicatum dedimus, ideoq; ipsam definitionem rudi atque brevi saltem via exponimus.

7. In omni definitione occurrit *Genus*, occurrit etiam *Differentia*. Genus h.l. non neg, dum, sed subintellecum dicimus. Cum n. hæc bona concomitantia vere & propriè sint bona, ut ante multis demonstravimus, ideo de communi ipsum genus rependum esse dicimus, quæ communissima alias Philosophorum est converudo.

8. *Differentia* desumpta est partim à *Subjecto*, partim à *formæ* *communi*, partim à *proprio*, partim ab *effectu*. *Subjectum* horum bonorum concomitantium est ipsum S. B. quia Summo B. adjunguntur & cum eo conjunguntur. Quod a. alteri adjungitur, ejus merito adjunctum l. concomitans dicitur; id v. cui conjungitur, communiter à Philosophis solet appellari *subjectum*.

9. *Forma communis*, quæ aliàs omnibus convenient accidentibus, est ipsa *extraessentialis conjunctio*. Non enim hæc Bona concomitantia Summi B. essentiam constituant, sed eam jam perfectè constitutam & absolutam concomitantur, adeoq; cum ipsa felicitate extraessentialiter conjunguntur.

10. *Proprium* est, quod per *accidens* cum S. B. conjunguntur. Hac n. ratione distinguuntur à S. B. immediatis Effectibus.

Licet

Licet etiā hi cū S. B. conjungantur, tamen hoc non sit per accidens, sed ut in praecedenti dictum est disputatione, B. Conscientia & voluptas honesta immediatē ex S. B. essentia promanant, adeo quidem, ut indissolubili nexus cum eo & non per accidens conjungantur: nam ubi S. Bonum est, ibi etiam est B. Conscientia & honesta voluptas. Hic v. dispar est ratio. Nam hæc S. B. concomititia Bona nec soli, nec omni, nec semper homini Felici adsunt, cum saltem instrumenta sint & ornamenta, non ipsa essentia.

II. Effectus in descriptione enumeratur non unus. Nam (1) describitur negativē, per duo distincta membra. Prius est, quod S. B. h̄is bonis concomitantibus nō perficiatur. (1) quia est ultimum omnium honorum, quod suo complexu continet reliqua, ipsa v. non continent ab alio (2) quia est præstantissimum. Quod autem summam habet præstantiam, non potest ei alia accedere dignitas ab inferioribus. (3) quia est perfectissimum. Perfectissimum quod est, alienam & peregrinam non admittit perfectionem. Atqui S. B. est tale. E. (4) quia animi Bona, secundum Arist. I. r. c. 8 sunt maximè propria & primaria bona, sum bona interna: illa autem ab externis nullam possunt accipere perfectionem. Cum omne agens sit nobilis patiente, omne perficiens perficiendo. Dist. tamen inter perfectionem & existentiam & accidentalem. Quia n. Bona concomitantia non constituant S. B. essentiam, sed per accidens cum eā conjunguntur, non illam, sed hanc ei perfectionem conciliant.

12. Posterior est: Quod S. B. per hoc Bonā concomitantia non augatur. Augeri n. posset, si fieri posset superius: Jam a. est summum, E. omne respuit augmentum. Interim tamen dupliciter S. B. potest considerari l. ratione & & s. essentia; l. ratione & & existentia. Priori modo nullum admittit augmentum, cum essentia S. B. in indivisibili consistat, & sit præstantissimum ac perfectissimum bonum, cui nihil vel addi, vel demiri possit. Posteriori modo, quatenus in hoc l. illo reperitur subjecto, quoad alia atque alia instrumenta & ornamenta, unus potest esse beatior altero, sicut indicat ipse Arist. I. i. c. 10. Magna a. & multa fortuna beneficia vitam beatiorem efficient. Nam & ipsa ornamento homini suapte naturā esse solent, & eorum usus pulcher & bonus est: contraria v. illorum, vi-

tem beatam in angustias redigunt & corrumpunt. Etenim lexitudines  
inserunt & multas actiones impediunt.

13. (2) Affirmative, & sic iterum duobus explicatur membris. Prius est, quod haec Bona concomitantia S. B. illustrius reddant: non sc: respectu sui, quia nemo absq; cognitione & perceptione S. B. possidere potest, cum in virtutis actione requiratur exactissima scientia & prudentia, proba voluntas & firmum, seu constantissimum animi propositum: atq; ea propter felix- etiam suæ felicitatis habet cognitionem, nec opus habet bonorum externorum testimonio: sed respectu aliorum hominum, ut magis magisq; alii innoscent, ijq; & clariora & firmiora & multo plura conspiciant felicitatis signa. Hinc itidem dist. inter evidentiam intrinsecam & extrinsecam. Illa sibi satis constat ex S. B. essentia, nec opus habet peregrinis & emendicatis adjumentis: hec v. eò illustrior appareat, quo plura & majora instrumenta & ornamenta, panquam felicitatis certissima indicia sese exserunt.

14. Posteriorius est, quod per haec Bona Concomitantia S. B. magis appetibile efficiantur. Ita enim humanum comparatum est ingenium, ut propter spissas intellectus tenebras non nisi externis excitetur & moveatur illecebris. Hinc nisi videat externum S. B. splendorum & varia felicitatis incitamenta & ornamenta, dubitas an ejusmodi homini felicitas sit tribuenda. Imò nisi virtuoso adsint fortunæ bona, potius aliud non virtuosum, qui tamen dives sit, ipsi solet præferre vulgus. Licet enim propter luam nativam dignitatem S. B. sufficenter satis appetitū nostrum possit movere, si ratione velit parere, tamen, quia objecta movent sensus, Bona concomitantia, Summo Bono externum splendorem conciliantia, solent & sensum & appetitum excitare, ut non quidem ratione sui, sed ratione nostri, ob judicij infirmitatem & appetitus imbecillitatem, S. B. reddatur amabilius & appetibilius.

15. Quoad divisionem Bona Concomitantia. Sunt vel Interna vel Externa. Et talia dicuntur non respectu felicitatis, quasi cā partim ingrediantur, partim non ingrediantur. Nam hac ratione omnia sunt externa, quia nullum horum bonorum ad S. B. constitutionem requiritur. Sed respectu felicitatis, cuius ratione alia sunt interna, cum ipsi inharetant; alia v. externa, cum ei saltam adhærent.

16. Internorum duo numerantur. Alterū respicit ipsā vitam & dicitur  
*libertas*.

*libertas; quæ est facultas, quæ facile & expeditè actiones virtutis omni loco & tempore, nec non in omne obiectum sine impedimento exercemus.* Paulus ubertiū Cic. in s. parad. eam explicat, illam tamen brevitatis gratiā omissimus. In nostrā verō definitione occurrit partim *genus*, partim *differentia*. *Genus* est *facultas*, quæ non tantum naturalis h. i. intelligenda, sed etiam acquisita, cū extēma quoq; libertas instrumenta requirat, ut liberē secundū virtutē agere & vitia omittere possit. *Differentia* petita est partim à *forma*, quæ consistit in facilissimo & expedito exercitio. Non enim debet hæc facultas esse otiosa, sed negotiosa, non in quiete, sed in motu consistat: hinc dicitur, quæ facile & expeditè exercemus. Partim ab *objeto*, quod sunt actiones virtutis, quibus quando ad sūnt necessaria instrumenta & ornamenta, ut eas facile & expeditè possimus exercere, tunc oritur libertas. Partim à *circumstantijs*, tum ratione loci, quod in omnibus locis occasionses virtutum debeamus observare & prudenter discernere inter locorum diversitates, quo sciamus, cui loco hæc vel aliae virtutum actiones convenienter. Tum ratione temporis: Nam hujus quoq; oportunitas non est negligenda, quæ adeptā virtutū actiones commodè edere possimus. *Virtus* enim est, ut Plautus habet in Perside, ubi occasio admonet, dissipare. Et sicut apes peragunt opus suum non statim diebus, sed quoties cœli commoditas invitat: Sic etiam nos non debemus virtutum actiones certis quibusdam diebus alligare, sed quoties temporis commoditas nos invitaverit, eas exercere. Tum ratione objecti, quod scilicet virtuosæ actionis rectitudinem admittit. Ibi enim prudentiā opus est summā v. g. fortis non in qualibet sese injicere debet pericula, sed quando necessitas & honestas hoc ipsum requirit, nisi velit videri audax. Si non cuiilibet pauperi liberalitas est exhibenda, cum multi horum beneficiorum sint indigni.

17. Libertati opponitur *Servitus*, maximum S.B. impedimentum. Intelligimus a. servitutem potissimum non vulgarem, sed moralem, quæ quis sui non est Dominus, sed cupiditatibus & affectibus suis indulgendo in diversas rapitur partes. Ut enim libertas apud Philosophos est nomen virtutis, ita servitus est nomen malitiæ. Hinc in genere ita definitur, quod sit affectio animi subjecti, qui suo caret arbitrio.

18. Alterum respicit *corpus* & dicitur *sanitas*, que est corporis bonum, non postremum, cum sit omnium bonorum corporis quasi fundamentum. Definitur autem quod sit bona corporis constitutio in equali temperamento omnium humorū & partium corporis conformitate consensu. Huic sanitati si conjugatur coloris suavitatis & harmonica conformatio oritur inde pulchritudo, quæ est apta figura membrorum, cum coloris quadam suavitate secundum

Cicero

*Cicer. Lq. Tuscul. quest.* Haec non tantum nobile est virtutis exercendæ instrumentum, ipsamq; virtutem reddit amabiliorem, magisq; appetibilem juxta illud: Gratior est pulchro veniens è corpore virtus:

Sed etiam maximum ad virtutis studium potest esse excitamentum, ut *Lucius Apulej⁹ de Magia* l. i. refert de Socrate, ipsum ultro suis svalisse discipulis, crebro ut semet in speculo contemplarentur, ut qui eorum foret pulchritudine sibi complacitus, impendio procuraret, ne dignitate corporis malis moribus dedecoraret: qui verò minus se formâ commendabilem putaret, ut virtutis laude turpitudinem tegeret.

19. Externa bona subdividuntur in *realia* & *personalia*. Realia sunt vel possessio-  
nis ut divitie, quæ requiruntur ad S.B. non ut causa principales, sed ut instru-  
strumenta & adminicula virtutis tum acquirendæ, tum exercendæ; vel digni-  
tatis, quod est eminentia alicuius persone super alios homines propter virtutem ut  
habet *Scal. Ex. 317. f. 3*. Dividitur a. illa dignitas in *generalem* & *specialiem*. Gene-  
ralis in genere omnibus hominibus propter virtutem assignari potest. Estq; l.  
major l. minor. Major est dignitas cum magno & excellenti tam gradu virtutis, quæ  
numero illorum, quæ dignitatem illam merentur, conjuncta. Et iterum est l. honor  
*Igloria*. Honor est dignitas, quæ à viro prudente & virtuoso per certa signa magna  
cum reverentia exhibetur illi, qui multis meritis atq; excellenti virtute in Remp. ful-  
get. Genus h.l. est dignitas. Differentia desumitur (1) à causa Efficiente, quæ est  
vir prudens & virtuosus. Non enim à quolibet ingenio vel judicio honor verus  
suam habet originem, sed exasciati & confirmati judicij vir sit necessum est,  
qui de viro honorando vult judicare: unde duplice afficitur elogio & enco-  
mio, quod debeat esse & prudens & virtuosus. (2) à causa *instrumentali*. Adhibe-  
bere enim certa signa in honoris collatione solemus, qualia sunt varia dona,  
carmina & epitaphia: item, cedere loco, assurgere, caput aperire &c. (3) à cau-  
sa formalis. Debemus n.honorem honorato offerre magnā cū reverentia. (4) ab  
objecto, quale sit honore afficiendū, quod debeat esse vir *Emeritus*, vir excellens  
& fulgens. (5) à fine, quare sit honorandus: sc. partim propter meritaplerimā in  
Remp. partim propter excellēti virtutē. Digni p.sunt honore quovis, qui meritis  
suis patriā ipsā dederunt sibi obligatā. De *Gloria*: itē de dignitate minori, quę  
est *Lauda & Bona Fama*: ut & de speciali dignitatis bono, quod est *Nobilitas*,  
plura hic essent annotanda, sed illa non capit chartæ angustia.

20. *Personale bonū* sunt Amici, qui itidē ad virtutis exercitiū & felicitatis usū  
requiruntur. Nisi n.habeam⁹ amicos, quibus cū conversationē instituamus,  
null⁹ ferè felicitatis futur⁹ est effect⁹, neq; usus virtutis poterit esse illustris.  
Hinc Cic. in *Latio* hanc maximē commēdat amicitiā, plurima; etiā nostrū in-  
stitutum illustrantia allegat, quæ ibi sunt legenda, cum disputatio no-  
stra propter chartæ angustiam hie sit concludenda.

*Ad Per-Eximum Dominum RESPONDENTEM, Amicu-*

*suum dilectissimum.*

**P**Lebs obscura solet felices dicere nummos,  
Et numerat sortis munera sola suis.  
O cives, clamat, quærenda pecunia primum.  
Nil prodest virtus, possidet arca Jovem.  
Sed tua BARTHESI bona sunt majora caducis,  
Hinc sortis quod sint extera dona doces.  
Sunt bona fortunæ, sunt corporis inclyta dona,  
Ast quæ sunt animi, propria sunt hominis.  
Talia si monstras BARTHESI, & talia præstas:  
Ipsa tibi virtus propria dona feret,

*ita animitus vover*

M. JOHANNES Deutschman.

In Honorem.

*Per - Eximij atq; Prestantisimi Dn. RESPONDENTIS*  
*Amicis singulariter dilecti.*

**G**LORIA summa manet cunctos, qui culmina mentis  
Parnassi multâ sedulitate petunt.  
Annon inde TIBI, Musarum castra sequenti  
Mente indefessâ, summa parata putas?  
Ingenij virtus splendescit maxima, doctis  
Responsis quoniam limina nostra repleas.  
Paucâ hæc ergo piis votis comitarier æquum.,  
Quæ video ad summos tendere in orbe viros  
Vive Tuis, mi BARTHESI, patriæq; , Tibique ,  
Accrescant anni, crescat & ingenium.

*Hac paucâ*

*deproperat*

M. JOHANNES FABRICIUS Bran-  
deburgensis - Marchicus.

**G**leich wie in Martis Krieg kein Krieger wird gefunden /  
Der ohne mühs vnd streit den Feind hat überwunden /  
Noch eh' gekrönet ist / er habe denn durch fleiß  
Erlitten Sonnenschein/noth/kummer/Frostvnd Eys.  
*Vnd*

Vnd Eysen noch daz. Als denn wird er belchnet/  
Bellona ziert ihn mit Aempern/ daß er wohnet  
In ehr vnd Herrlichkeit. Also auch in den Krieg  
Der Pallas (meine ich) tragt keiner unsern Sieg  
**E**r habe denn zuvor gar Ritterlich gekämpfet/  
Vnd auff der Musenthron der Künste Feind gedempfet/  
Als den Apollo ihn die Krone hat bereit  
Vnd Ehre angehan nach manchen harten streit.  
Weil den von Jugend auff mit frewden vnerzaget  
Die freyheit seiner zeit auch in den Krieg gewaget  
In Pallas weisen Krieg/ Herr Barths den meine ich/  
Darin Er manchen Kampff/ wie auch wol selber sich  
Ins freye Feld gestellt/ ganz dapffer ausgeführt/  
In worten vnd der that/ wie Solchen denn gebühret/  
Der nie zur falschen rast getragen seinen Sinn/  
Auch niemals müßig bliebn; Apollo wird forthinn  
Als Arz- und Künste Fürst Ihm rechte früchte zeigen/  
Wie Er iemehr vnd mehr in Ehren höher steigen  
Vnd rähmlich leben kan/hiermit so lebt Er woll  
Der Himmel mache Ihm mit reichen Seegen voll.  
Dieses übersetzet seinen werthen Freunde  
vnd Stubengesellen.

glückwünschend  
JOHANNES SCHULTETUS Crosn. Sil.

**Q**uæ sit Boni natura summi percupis  
Eruere, BARTHESI fidelis, & catā  
Theses tueri mente, quæque ogganiunt  
Contra hic vel ille & iste, rite solvere  
Sic quod facis nisi non Bonum est pulcherrimum  
Progedere, & urge porro quam premis viam,  
Sic digna non deerunt tibi olim præmia...  
*Dn. Respond. Amico & Contubernali dilecto facie-  
bas gratulabundus L. Mg.  
BARTHOLOMÆUS SCHULTETUS Stet. Pom.*  
F I N I S.

IN NOMINE JESU!  
EXERCITATIONUM ETHICARUM  
DISPUTATIO V.

26

*De*  
**VIRTUTIS NA-  
TURA IN GENERE.**

*Quam-*  
PRÆSES

**M. JOHANNES Deutschmann**

Jütrebocensis Saxo.


ET RESPONDENS

**JOHANNES BENEDICTUS Schubart**

Halæ-Saxo.

*proponent publicè*

In Auditorio Minori Ad d. 8. Novemb.  
Horis antemeridianis.



WITTEBERGÆ,  
TYPIS JOHANNIS HAKEN, M.DC.LI.





I. N. J.

EXERCITATIONUM ETHICARUM  
DISPUTATIO V.

DE VIRTUTIS NATURA IN GENERE.

I.

**A**bsolutâ priori Ethicæ parte, quæ de fine ultimo præcepta proponit; posteriorem etiam, quæ *Aretologias* venit nominare, nonnullis disputationibus declaratam dabimus: hanc enim de virtutibus doctrinam ab Ethico esse explicandam, probatur (1) ex Ethica appellatione: Ethica enim ἔθικη τὸν οὐδὲν appellationem fortita est, seu à moribus; mores autē potissimum habituales considerat Ethicus, sive illi mali sint, sive boni; *hos* virtutes, *illos* via communiter appellare solemus. (2) ex Ethica definitione: in eā enim dicitur, quod Ethica hominis animum per virtutes ad consequendum S.B. informet. Exsertis verbis hīc virtutes in definitione notatas legimus; cum autem definitio rei naturam explicet, & omne illud, cuius in definitione fit mentio, directè spectet ad illam disciplinam, utiq; doctrina de virtutibus etiam in Ethicā est evolvenda. (3) ex S.B. consideratione. Summum Bonum finis est Ethicæ, non immediatus, quasi sine omnibus mediis, sine ullā humani ingenij industriā Deus cuilibet felicitatem velit obtrudere: sed mediatus, quia non nisi per certa media acquiritur civilis felicitas. Hæc autem media sunt virtutes, sicut ipsa felicitatis definitio videtur indigitare, dum dicitur: quod sit animæ rationalis operatio, secundum virtutem optimam & perfectissimam &c. Nisi quoque velimus ipsa privari felicitate, cognoscenda utiq; est doctrina etiam de virtute. (4) ex partia conditione. Partes referuntur ad totū, *Aretologia* est pars Ethicæ, E. (5) ex absurdī evitazione. Hac ratione frustra de fine multa faceremus verba, nisi certa ad eum ducentia ostenderemus media. Nam ut vanum est, longo intervallō speratam in mei palmam, si nullo utaris medio, quo apprehendas; ita stultum est, in fluctibus bujus vita intueri finem, si nullo utaris medio, quo acquiras:

A

motu

motu corporis palma & motu virtutis beatitudo capitur, inquit Causus in  
spec. quest. moral. l. 2. c. 1.

2. Est autem Aretologia pars Ethicae posterior, quae agit de virtutibus, tanquam mediis ad finem ducentibus. Definitum dicitur Aretologia ἀρετὴ τοῦ ἀρετῶν, h. e. à virtutibus, & ἀρετὴ λόγος, quod sermōnem, sive orationem significat, ut ita Aretologia nihil aliud sit, q̄ā sermo, sive tractatio de virtutibus: Continetur enim in hac parte nihil aliud, quam explicatio de virtutis definitione & divisione. Item, de virtutum causis & speciebus, & si quæ alia in virtutis theoriâ notabiliora occurrent, illa nullibi commodius, quam hoc in loco allegantur, & explicantur.

3. Definitio constat genere, & differentia. Genus est, quod sit pars Ethicae, idq; ut verisimum colligitur. (1) ex partis definitione: cui enim convenit partis definitio, eidem etiam convenit definitum: Atqui de Aretologia verum prius, E. Pars enim est, quae concurrit ad constitutionem, sive integratatem alterius totius. Totum est Ethica: partes sunt Eudæmonologia, quam hæc tenus consideravimus, & Aretologia, quam jam sub manibus habemus: hæc enim ordinantur ad constitutionem totius Ethicæ, & his duabus partibus omnis etiam absolvitur moralis Philosophia. (2) ex requisitorum generis cōfederatione: prædicatur enim de multis, item prædicatur æqualiter, & latius est eo, cuius est genus &c. (3) ex receptâ definiendi partes cōfuetudine: vulgo enim Philosophorum scholis receptum jam est, ut partes definiantur factâ mentione totius, non quidem in casu recto, sed obliquo, ita, ut Aretologia non sit Ethica, sed pars Ethicæ, sicut pes non est ipsum corpus humanum, sed saltem pars humani corporis.

4. Differentia petita partim à proprio, partim ab objecto. Proprium est, quod sit pars Ethicae posterior. Ordinis hujus rationes multas allegavimus supra disp. 2, th. 4. addimus hic alias, quarum (1) desumpta est à virtutis officio; virtus in Ethicis non aliter consideratur, quā ut medium; medium autem quod est, requirit aliquod prius: semper enim illud, cuius est medium, præsupponatur, necessarium est, alias medium esset frustaneum, inutile, imò, nullius rei esset medium. Accedit huc, quod omnem suam nobilitatem media non aliud accipiunt, nisi à suo principali fine, qui si sit ignotus, media quoq;

quoq; in obscuro relinquit loco ; si vero probè sit perspectus , medi-  
is quoq; lucem & amabilitatem conciliat . (2) à virtutum scapo ; vir-  
tutes nos deducunt ad finē , sive S. B. sicut autem omne efficiens a-  
git propter certum finem ; ita etiam virtuosi nobilissimum respici-  
unt finem , qui ut sit præcognitus , non arbitarium , sed penitus ne-  
cessarium est : ubi enim est finis ignorantia , nulla ibi suscipitur me-  
diorum cura . (3) à virtutum Subiecto : antequam enim multos la-  
bores , & sudores suscipiat homo , utiq; aliquo movente opus habere  
videtur , nisi frustra suos conatus instituere velit , quia , ut Hesiodus  
habet ,

*Virtuem posuere Dij sudore parundam.*

Hunc sudorem & laborem omnes fugerent , quotquot in Ethico  
currunt stadio , nisi felicitatis brabeum sibi præcognitum & pro-  
positum haberent . (4) à firme rationis contrarie defectu : Dist. enim  
est inter ordinem naturæ intendentis , qui progreditur à perfectis ad  
imperfecta , & inter ordinem naturæ generantis , juxta quem proce-  
dimus ab imperfectis ad perfecta . Notandum tamen , quod posteri-  
or sit Aretologia non ratione productionis , sed propositionis , non  
ratione executionis , sed intentionis , non ratione actionis , sed co-  
gnitionis .

5. Objectum Aretologiae est *virtus* , ut ex ipsâ appellatione elu-  
cescit , & ex disterrâ virtutis mentione in definitione factâ firmiter  
colligitur . Considerantur autem virtutes vel *absolutæ* , & *ratione fini* .  
Sic dicitur , quod Aretologia agat de virtutibus tanquam habitibus  
moralibus ; vel *respectivæ* , & *ratione fini* , ita dicitur , quod explicet  
Aretologia virtutes , tanquam media ad finem , sive felicitatem du-  
centia , utrumq; ut attendatur , apprimè est necessarium , sine illo nō  
datur virtutis cognitio : sine hoc nulla fit virtutis ad felicitatem ap-  
plicatio ; illud declarat naturam ; hoc vero ostendit virtutis usum .  
Cum vero hæc tota tractatio in virtutibus explicandis sit occupata ,  
paulò altius rem aggredi , & vires oportet experiri , ne ea , quæ pe-  
nitus cogniti sunt necessaria , à nobis videantur prætermissa .

6. Virtutis sacrarium , ut consuetâ via ingrediamur , dicimus 2.  
potissimum esse consideranda , Ονοματολογίας , & περιγματο-  
λογίας : cum enim nominum cura maxima sit habenda , Scal. Exercit. I.  
sect. I. nos quoq; in virtutis vocabulo 3. potissimum enucleamus ,

nimitum (1) *Etymologiam*, sive vocis derivationem. Variam autem à variis virtutis vox accepit originem. Alii, ut Durandus, & Armandus de bello *Vif.* l. 2. termin. c. 72. 88. 107. & alibi virtutem à *vi* deduci annotarunt. Sed hanc originem esse penitus inconvenientem, patet, tum ex virtutum principiis, quae sunt communia illa practica axiomata nobiscum nata; tum ex virtutum causis, quae sunt actiones spontaneæ, ex consultatione, & electione susceptæ, adeoq; voluntariæ & liberæ; tum ex virtutum effectis, in quibus nullus vel excessus, vel defectus conspicitur, nihil immoderati deprehenditur. Cumq; nulla vis, nullus impetus, aut violentia in virtutibus reperiatur, sed omnia sint moderata, meritò hanc originationem suis autoribus remittimus. Ratio enim, quam adducere solent, quod vel per ignem, ut dicitur, ad virtutem sit contendendum, logius est petita, & subiecto minimè accommoda: licet enim per aspera ad astra, & quasi per ignem ad virtutis fastigium contendamus, manent tamen virtuosæ actiones respectu subiecti spontaneæ, neq; quicquam violenti ibi deprehenditur. *Alijs* virtus est quasi viri status, quia, sicuti virilis ætas est corporis robusti & perfecti; ita virtus quoq; est animi perfecti, & ad honestas actiones validi. *Aliis* est quasi viri artus, quae vox sapient honestatem & integritatem denotat, ut ita virtutis nomen ab honore sit desumptum, quia virtute prædictis honor maximè est exhibendus. *Alii* eam Græcae dicunt esse originis δύναμις δρεπῆς. Ita, ut litera initialis A. cum V, consonante commutetur, & reliqua literæ per μετάγεσην transponantur. Optima verò plurimorum judicio est illa derivatio, quam ipse Latinæ linguae parens Cicero adduxit 2. *Tuscul.* quest. dicens: *Appellata* est ex viro virtus; viri autem propriè maximè est fortitudo, cuius munera duo maximè sunt, mortis, dolorisq; contemptio. Utendum est igitur his, si virtutis compotes, vel potius, si viri volumus esse, quoniam à viris virtus nomen est mutuata: Sive enim vox viri etatem significet, sic viris, non puerit virtus convenit; sive sexum denotet, sic in viris, quam in fæminis virtus frequentior, in viris, quam in fæminis virtus conspectior. Hanc Etymologiam approbat etiam Christianus Cicero Laetanius l. de opif. DEI c. 12. vir dicitur, scribit, eō, quod major vis in eo, quam in fæmine, & hinc virtus nomen accepit.

7. (2) *Homonymiam*, sive multiplicem significationem. Diversimodè

modè respectu diversorum subjectorū vox virtutis accipitur: aliud significat, quādō Deo, aliud quando creaturis in genere, aliud, quādō homini in specie tribuitur: nos tamen ea brevitatis gratia hic omittimus, & lectorem ad E. Meissn. *dissert. de S. B.* p. 353. & seq. remitteremus. Nos h. l. dicimus, quod virtus sumatur (1) pro virtute naturae, & sic rem quamlibet benē affectam indicat; Sic in qualibet re, quæcumq; etiam illa sit, quicquid perfectionis cernitur, virtuti hoc ipsum adscribitur. Sic quæ Deo ad sunt virtutes, ipsi naturales sunt, cum sine his perfectionibus divina natura non sit divina. Sic omne ens suas perfectiones habet, propter ipsam naturam sibi debitas. Ita etiam homo alias respectu corporis, alias respectu animi à natura sibi congenitas haber virtutes & perfectiones. (2) pro virtute rationali, quæ vulgo intellectualis dicitur, cum mentem perficiat, et amq; in cognitione veri dirigat. (3) pro virtute morali, quæ appetitum sensuum recte informat, & disponit, quatenus nimurum participationem ratio ipsi tribuitur. Quæ uno communi nomine appellantur virtutes *acquisita*, cum neq; à natura hominibus sint congenitæ, neq; immediate à Deo infuse; sed humanâ industria comparata. (4) pro virtute supernaturali & spirituali, quæ alias dicitur Theologica, & Christianorum propria. Primam, & quartam significationem non curat Ethicus, sed illam Physico, hanc Theologo relinquit; secundam vero, & tertiam, utpote nostrâ acquisitione operâ potissimum intendit & attendit.

8. (3) *Synonymia*, sive diversam appellationem. Dicitur virtus alias *καλονόμηθια*, sive *habitus benē agendi*. Item *ἀρετὴ*, animi singularē exercitium, *Εἰδυλλία*. Eadem ratione dicitur etiam *bonestas*, *integritas* &c. Græcis est *ἀρετή*, quæ dicitur vel ab *ἐργῷ*, diligo, ut sit, quasi *ἐργῷ*, in se amabilis, & dilectione digna: vel ab *αἰσθέω*, eligo, quasi *αἰσθέω*, quod ab omnibus sit eligenda, & quia nulla actio à virtute est denominanda, nisi quæ certo animi iudicio, & *ἐν ἀρετοῖς* est suscepta: vel ab *αἰσθέω* placere, quia omnibus placere debet; vel *ἀπὸ τῆς ἀρετῆς*, ab attollendo, quia animum ad summa elevat, & attollit, atq; quasi in cœlum effert: vel ab *ἀρετῇ congruo*, apto, ut *ἀρετῇ* dicta sit, quasi *congruentia*, sive *convenientia* cum rectâ ratione: vel *ἀπὸ τῆς ἀρετῆς*, à Marte, sive bello, quia in bello vel maximè opus est virtute, illa etiā nullibi melius, quam in bello inclinat.

descit. Germ. dicitur **Eugen** à **Talgen** / vel **Eugen** / quod est  
valere, & fructus sum esse : est enim virtus animi valor, multumq; va-  
let in omnibus statibus, inq; omnibus actionibus : Sive enim pu-  
blica & civilia, sive privata & domestica examinemus, ubiq; maxi-  
mus virtutis usus & fructus cernitur.

9. Pragmatologia explicat virtutis tum naturum, tum affectionem.  
**Natura** consistit tum in **definitione**, tum in **divisione**. Quod attinet  
**definitionem**, eam cum Praceptoribus nostris talem adducimus:  
**Virtus** est **habitus** animi, qui **informat** **mentem** **humani** am, ut **verum**,  
perfectè cognoscat, & bonum constanter eligat, & faciat.

10. **Definitio** virtutis constat genere, & differentiâ. **Generis** loco po-  
nitur **habitus**, ejusq; veritas confirmatur (1) ex falso generis remoto-  
ne : Stoici enim dicunt, virtutem esse vacuitatem humanarum per-  
turbationum, animiq; tranquillitatem. **Verum**, fundatur hæc assertio  
in falsâ hypothesis, quasi perturbations penitus ab humana natura  
exulare debeant, rationi q; directe sint contraria. Deinde vacuitas  
est privatio ; virtus est verum ens positivum ; nulla autem privatio  
ensis positivi genus esse potest, Eudoxus & Epicurus, qui S. B. in vo-  
luptate collocarunt, talem virtutis definitionem proposuerunt :  
**Virtus** est **constans dispositio** eliciendi ex unoquoq; congruentem **volupta-tem**, Sed hæc definitio nihil minus, quam veram virtutis natu-  
ram explicat, neq; verum genus, quod ramen in omni verâ defini-  
tione apprimè necessarium est, adhibet : cum enim dispositiones o-  
nes sint imperfectæ suamq; perfectionem accipient ab habitu, à quo  
perficiuntur ; virtutes autem sint perfectæ, hinc norissimum est,  
quod virtutes non sint dispositiones. Sic etiam reliqua in hæc defi-  
nitione sunt minus congrua, quia saltem accidente quodam virtu-  
tem circumscribit : **Voluptas** enim potius comes & affecta virtutis,  
& S. B. quam ipsa ejus natura & essentia. (2) ex **habitus definiti-  
one** : definitur **habitus**, quod sit qualitas, crebris actionibus com-  
parata, quæ subiectum idoneum reddat ad actiones facile & cum  
delectatione exercendas. Atqui virtus est talis. E. (3) ex **sufficienti in-  
ductione** : virtus enim non est substantia, sed accidens ; inter accidē-  
tium genera autem ad nullum, præter qualitatis prædicamentum  
potest referri, cum propter virtutem denominentur virtuosi : in-  
ter qualitatis etiam species ad solam primam, & consequenter ad  
habi-

habitu[m] reducitur. (4) ex habitus divisione: habitus enim sunt vel  
principales, vel instrumentales. Illi sunt vel intellectuales, vel mo-  
rales, alio nomine dicuntur virtutes intellectuales, & morales. Si  
ergo omnes virtutes tam intellectuales, quam morales sunt habi-  
tus, sequitur, quod etiam virtus in genere sit habitus. Atqui verum  
est prius, E. (5) ex subjecti consideratione. Virtus omnium consensu  
est habitus non corporis, sed animi; jam secundum Arist. l. 2. Eth.  
c. 5. in animo existunt tria, affectus, potentia, & habitus. Virtus ergo  
aut est affectus, aut potentia, aut habitus. Quae propositio ideò ve-  
ra censi[re] debet, cum haec tria saltem in animo reperiantur, tanquam  
actionum humanarum principia: licet enim in animo plura sint,  
ut p[ro]p[ri]etas, operationes, notiones, &c. non tamen sunt, ut  
actionum principia. Virtus autem neq[ue] affectus, quod 4. rationi-  
bus confirmat Arist. d. l. (1) quia propter affectus neq[ue] boni, neq[ue]  
mali dicimur. Atqui propter virtutes dicimus boni, & propter vitia  
mali. E. (2) quia propter affectus neq[ue] laudamur, neq[ue] vituperam-  
ur, quod tamen fit propter virtutes & vitia. (3) quia affectus sunt  
*πάθη*, suscipiuntur sine omni consilio & proposito,  
sed virtutes omnes sunt ex electione. (4) propter affectus moveri,  
*κίνησις*, dicimur, quia animus illis quodammodo perturbatur, &  
quasi mutatur: sed propter virtutes *εγκένδται*, *εγκένδται*  
dicimur, non perturbari, sed formari & confirmari. Accedunt  
ad has Aristoteles. (5) quod affectus nobis sunt naturales; virtutes u-  
su & exercitatione acquisiti. (6) quod affectus sunt repentini &  
subitanei motus; virtutes vero constantissimi habitus. (7) quia af-  
fectus sunt in tertia specie qualitatis; virtutes vero in prima. (8)  
quia affectus non tantum in hominibus reperiuntur, sed etiam reli-  
quis brutis animalibus sunt comunes; virtutes vero solum homini  
sunt propriæ. Deinde etiam virtutes non sunt potentia ob easdem  
ferme rationes; remanet ergo solus habitus. (6) ex habitus constitu-  
tione: Tria communiter ad naturam habitus spectare dicuntur,  
(1) *φύσις*, sive *natura*: nam ad quod à natura sumus incepti, nun-  
quam illud per habitum acquirere possumus. (2) *μάθησις*, disti-  
plina: quæ naturam excusat, & per varias, easq[ue] utilissimas prece-  
ptiones perficit. (3) *δοκιμα*, sive *humana industria*: ut enim il-  
la fine

la sine ista in frugifera; ita etiam ista sine hæc planè emortua. Jam si virtutes examinaverimus, in qualibet etiam hæc tria deprehendimus principia, quæ, cum cuilibet sint obvia, nullâ uberiori commentatione indigent.

11. Virtutes autem dum habitus dicimus, nequaquam intelligimus habitus à naturâ nobis congenitos, cum illa in scholis Philosophorum decantata sit sententia, virtutes perfectas nemini naturâ inesse: neq; etiam attendimus hic habitus supernaturaliter, & immediate à Deo infusos: hi enim non Ethicæ, sed Theologicæ sunt considerationis, neq; Ethicæ virtutes requirunt tam extraordianariam DEI infundentis gratiam, quam hominis virtute imbuendi industriam. Ex quibus facilè illud colligimus, non nisi habitus acquisitos, & humanâ industria introducotos esse intelligendos.

12. *Differentia desumitur partim à subiecto*, quod sit habitus animi, id quod probatur. (1) ex virtutum naturâ: quia sunt qualitates, qualitates autem referuntur ad formam, sicut quantitas reducitur ad materiam, (2) ex virtutum officio: virtutes sunt media ad S. B. deducentia; media autem cum fine ratione subjecti solent convenire: nisi enim fieret legitima mediorum applicatio, frustranea esset omnis exercitatio. Jam, quia S. B. est operatio animæ rationalis, etiam virtutes ad animam sunt referenda. (3) ex virtutum objecto. Objectum virtutum moralium sunt affectus, affectus sunt in animo. E. & habitus suam in animo sedem habebunt, (4) ex virtutum effectu: virtutes intellectuales perficiunt mentem quoad cognitionem veri; morales voluntatem quoad actionem boni; uterque autem effectus in animo reperitur, E. etiam causa ibi sit necessarium est. (5) ex sufficienti virtutum enumeratione: virtutes enim in intellectuales & morales dividuntur; illæ in intellectu, hæc in voluntate suam fixere sedem; cum autem intellectus & voluntas sint animæ facultates, etiam ipsæ virtutes erunt animi habitus.

13. Partim ab officio, quod est informare mentem humanam. Non dicitur virtus formare mentem nostram, cum hoc ipsum sit opus naturæ; non dicitur mentem reformare, cum illud sit specialis gratia, ut ita mens nostra cum omnibus facultatibus, corpus nostrum cum omnibus membris renovetur, & reformatur. Sed dicitur infor-

*informare, id quod est humani laboris, & industriae: Quia enim  
mens nostra quoad cognitionem veri, & operationem boni etiam  
in naturalibus, & civilibus valde est labefactata, non sine divina  
providentia sapientissimi homines hosce mentis habitus invene-  
runt, excoegerunt, & ad suam posteritatem transmiserunt, ut ita-  
qualemque; medicinam etiam ex suis viribus haberet homo, qua  
mediante animi perfectio ipsi restitueretur, cum virtutes recipiat ni-  
hil aliud sint, quam animi perfectiones.*

*14. Partim à fine, & effectu, qui potissimum duplex est, alter  
respectu virtutum intellectualium, alter respectu moralium. Ille  
est, ut verum perfectè cognoscamus; hic vero, ut bonum constan-  
ter eligamus, & faciamus. Sed cum satis multa de virtutis  
definitione sint adducta, clausula etiam hic disputatio-  
ni nostra sit imposita.*



*Ad Per-Eximium atq; Praestantisimum Dn. RESPONDEN-  
TEM amicum suum per dilectum.*

**E**thica virtutis quæ sit natura revelat;  
Ethica permultum dogmata nosse juvat.  
Nosse virum doctum virtutes condecet; illas  
Testari factis propria signa probi.  
Est probus & sapiens quisquis conjungit utrumque,  
Perficit hic mentem: perficit ille virum.  
Talia si verbis testaberis, *Optime Schubare,*  
Factaque conjuges, doctus, erisq; probus.  
Et tibi, quæ cunctos ornat, gratissima *Virtus*  
Cultori referet plurima dona suo.

*quod optat*

**M. JOHANNES Deutschmann.**

*Publica*

**P**ublica fama refert: *Virtutis & Artis amator*  
*Premia semper habet digna labore suo,*  
Sic etiam Pallas, Phœbusq; novemq; Sorores  
Cultores nōrunt nobilitare suos.  
Non opus exemplis: *Tua comprobat ardua Virtus;*  
*Inclita Virtutis gloria, sola manet.*  
Perge Tuis studiis coepi pertexere telam,  
*Quod Sophies cultor sis, maneasq; precor.*  
Gratulationis ergo amicissimo Dn. Commensali  
L.M.Q. applaudebam

ISRAEL MULLERUS  
Mündā-Saxo.

**S**chubart immer werther Freynd / bistu Pindisch  
nicht gewesen/ (sen e  
Da die Saale sich ergußt/ Und da Gneintzius gelez  
Schickte dich nicht Halle hin/ daß du soltest in der Jugend  
Hier wo Jehna Phöbisch ist/ kaufst Kunst und ädle Tugend?  
Siehe! Euer Wittenberg kanstu kaum auch recht beküssen/  
Muß dein fliegend Sinnens-fahn von der pracht der Tugend  
wissen.  
Nun ersiege dein geschlecht/ dir wird wohl dein stand be-  
kleiben/  
Weil die Saal' und Elbe dich schon der nach-Welt ein ver-  
leiben.  
Dieses übersendet dir aus Jehna  
dein ergebener  
Phasverus Fritsch/ von Mücheln/  
der Rechten Beslüssener.  
[†] 80

IN NOMINE JESU!  
EXERCITATIONUM ETHICARUM  
DISPUTATIO VI.

*De*  
**VIRTUTIS DIVI-**  
**SIONIBUS ET IN SPECIE**  
**DE VIRTUTE MORALI.**

*Quam*  
**PRÆSES**

**M. JOHANNES Deutschmann**

Jutrebocensis.

ET RESPONDENS

**CHRISTIANUS ADOLPHI**

Lesnens. e Majore Polon.

*proponente publice*

In Auditorio Minorí Add. Junij  
Horis matutinis.



WITTEBERGÆ, Excudebat Joh. Hake, M. DC. LII.

IN MONTAENE  
EXERCITATIONEM ET CERIMONIA  
IN OBITATIONIBUS

AIRYTTES DMI

SORORIIS IN SILENTI  
MORTUORUM MORTALITATIS

MONTAENE EXERCITATIONIS  
SOLERTE COLOENDO.

EXERCITATIONE  
IN SILENTI

IN SILENTI EXERCITATIONE  
REPOZITIO

I. N. J.

**C**um non in primo Virtutum vestibulo sit persistendum, sed interiora etiam earum sacraria sint penetranda & perlustranda, sola definitione virtutis contenti esse non possumus, sed ad ipsam divisionem & speciem omnium explicationem pergere debemus. Definitio nuda cognitionem saltē parit confusam, naturam traditā generalem, specialem verò singularum virtutum & enumerationem & explicationem aliunde expectare decet: illa quidem, quæ omnes allegat & nominat, est divisio; hæc v. quæ omnes digne satis declarat, specialis est consideratio. Hac vice, Deo favente, de divisione & divisionis membro priori nim, Virtute Moralی aliquid verborum facturi sumus. Sit igitur Thesis

1. Quod divisionem Virtutis concernit, non una est Doctorum sententia. L. 7. de Vit. Pbilof. multorum opinioneis colligit, quod alii duas tantum fecerint virtutes, ut Panatius, nimirum contemplativam & practicam: alij tres, Rationalem, naturalem & Moralem: quatuor Posidonius: plures Cleanthes, Libryssippus & Antipater, easq; ferme innumeræ, quibus adskipulatur Pbilof. Juæus. Plotinus, Porphyrius, Thomas Aquinas aliqui; quadruplices faciunt virtutes: Civiles, purgatrices, animi purgati & exemplares. Alij cum Cicerone & Seneca respectu quadruplicis subjecti quatuor cōstituunt virtutes, quæ vulgo Cardinales appellantur: (1) prudential in mente. (2) justitiam in voluntate, (3) fortitudinem in irascibili appetitu: (4) Temperamiam in concupiscentiæ. Alli alias solent afferre virtutum divisiones, quas nec omnes allegamus, nec omnes probamus, nec omnes examinamus.

2. Nos missis aliis vulgatam Aristotelicam eamq; à plerisq; Ethicis receptam Virtutum divisionem retinemus: nimirum quod alia virtutes sint perfectæ, aliae imperfectæ, quæ divisio fundatur

A 3

datur in c. 1. lib. 7. Nicom. & probatur (1) ex habituum distinctione : alii enim sunt habitus perfecti, ita ut nulla sit inter rationem & appetitum pugna, sed plenum & firmum ratio obtineat dominium ; alii v. sunt imperfecti, in quibus pugna inter appetitum & rationem cernitur, ita ut modo ratio vincat, modo ab appetitu superetur. (2) ex hominum consideratione : alii n. scienter, volenter & constanter operationes suas instituant, & cum delectatione virtutum mediocritatem observant, & hi perfectas virtutes exercent : alii v. modo dant operam virtuti, modo vitiis delectantur, ita ut penitus sint inconstantes, qui ut perfecti non sunt, ita eorum etiam virtus est imperfecta. (3) ex hominum imperfectione. Humana natura valde est corrupta & debilitata, ita ut non cuivis contingat adire Corinthum, sed iis saltem, qui assiduo labore virtutis obseruant regulas, ejusdem etiam perfectius conceditur habitus : Q. vero superficiari virtutes tractant operâ, vix sibi imperfectum acquirunt habitum. (4) ex Experiens testificazione. Experiens, inquit Piccol. gr. 3. Ph. M. c. 13. in attinentibus ad mores est ratio efficacissima. Si vero Experiens etiam solumius alios perfecte, alios imperfecte virtuosos deprehendimus, ut inde colligere sit promptum & perfectas dari & imperfectas virtutes.

3. Virtutes perfectae integrum, perfectam & constantem includunt virtutis naturam, nee tamen unius sunt generis : aliae sunt perfectae in suo genere, alia absoluta : alia  $\alpha\chi\omega\theta$   $\varepsilon\varepsilon\tau\eta\pi$ , alia nat'  $\varepsilon\zeta\chi\eta\pi$  : alia respectu essentiæ, alia respectu excellètiæ : alia quoad habitum, alia quoad gradum : illæ sunt virtutes reliquæ, hec v. est & dicuntur *Virtus Heroica* : illæ sunt communes, hec prorsum singularis ; illæ sunt ordinariæ, hac verè est extraordinaria ; illæ sunt verè humanae, hec ferme divinae.

4. Communes virtutes iterum dividuntur ratione subjecti in Morales & intellectuales secundum Aristot. l. 1. Eth. ad Nicom. c. 13. & l. 6. c. 1. Hujus divisionis notamus (1) sufficientiam, quæ probatur partim ex virtutum Ethicarum enumeratione & applicatio-

*catione.* Omnes n. virtutes, quæ Ethicæ sunt propriæ, ad  
hanc divisionem possunt referri, omnesq; sub ea comprehendun-  
duntur. Partim ex mentis nostra distributione, utpote quæ du-  
as potissimum habet facultates, intellectum & voluntatem;  
duplicis ergo generis tantum erunt virtutes n. vel intellectua-  
les, quæ in intellectu suam sortiuntur sedem: vel morales  
quæ in voluntate sibi sumunt locum. Partim ex animi nostri  
perfectione. Nam hic finis virtutum, earumq; scopus est, ut a-  
nimum hominis valde corruptum perficiant, & ad integrata-  
rem amissam quodammodo reducant. Ad finem a. obtainen-  
dum tot saltem requiruntur media, quot ad ejus productionē  
sunt sufficientia & necessaria. Fine enim præsente, media ju-  
dicantur adæquata. Jam perfectio intellectus oritur ex vir-  
tutibus intellectualibus; perfectio voluntatis est ex virtutib⁹  
moralibus, nec plures desiderantur, nec plures operantur.  
Partim ex vitiorum sanandorum enumeratione. Quot sunt  
vulnera, tot applicantur emplastra: quot sunt morborum ge-  
nera, tot à medico adhibentur remedia. Est in intellectu  
ignorantia, est in voluntate malitia, utriq; tamen morbo præ-  
sentissimam hic habemus medicinam. Ignorantia curatur  
virtutibus intellectualibus, Malitia sanatur virtutibus mora-  
libus. Ex quibus omnibus firmiter satis hujus divisionis suf-  
ficientiam colligimus.

5. (2) Conveniensiam. Membra enim dividentia ut totū  
sint ejusq; naturæ consona, illud apprimè videtur esse neces-  
sarium. Nec divisum potest esse baculus, membra dividentia  
verò anguli latera, sed unam debent cum diviso naturam ha-  
bere caput divisionis. Et hac in divisione illud est verissi-  
mum, quia virtutes Morales & intellectuales conveniunt  
cum communibus. (1) genere. Sicut n. Virtutes communes  
sunt perfecti habitus; ita etiam omnes virtutes tum Morales  
tum intellectualis sunt veri atq; perfecti habitus. (2) discipli-  
næ. Ut Virtutes communes nullibi alias quam in Ethica pro-  
ponuntur; ita etiam Virtutes Morales cum intellectualibus  
suum in Ethica inveniunt sedem. (3) subiecto. Sicut Virtutes

communes sunt in animo hominis, ita etiam utriusq; gen-  
tis virtutes hoc agnoscunt subjectum. (4) Officio. Virtutum  
communium officium est animum hominis perficere & de-  
bitam ipsi integratorem, quoad fieri potest, restituere: Virtu-  
tes Morales & intellectuales non aliud gerunt officium, sed  
hunc praecipuum sibi praefixum habent scopum. (5) fine.  
Virtutes communes respiciunt Summum bonum seu homi-  
nis beatitudinem: solam etiam felicitatem sibi proponentes.  
Virtutes Morales & intellectuales. Alios convenienter gra-  
duis brevitatis causa hic omittimus.

6. (1) Differentiae. Uo n. partes dividentes conveniunt  
eum toto, ita etiam inter se invicem differre debent. Differunt a.  
Virtutes Morales ab intellectibus. (1) causa efficiente. Sic  
n. habet Philofl. 2. c. i. statim in principio: Cum ad. duo sint virtu-  
tum genera, unum earum, quae rationis sunt; alterum earum, quae  
morales, à moribus, appellamus: ή μὴ διγνοντας τὸ τάλεισαν  
ἐκ διδασκαλίας ὅχει καὶ τὴν γένεσιν καὶ τὴν αὐξέντων.  
διότῳ  
ιπποτερίας δέπται καὶ χρόνος. η δὲ ηγεμονία εἰς οὐρανούς  
θέντη καὶ τενοματίζουσα. Et licet quidam h.l. excipiunt intel-  
lectuales etiam fieri ex conservidine, & morales ex experien-  
tientia: tamen respondet Acciai. super h. l. quod Philosophus  
hic loquatur de causis per se illarum virtutum. Nam virtus  
intellectualis etsi videtur oriiri ex conservidine, tamen hoc sit  
per accidens, quia per accidens concurrit conservudo, experien-  
tia v. per se: è contra v. ad moralem virtutem per se concur-  
rit conservudo; experientia per accidens. (2) Subjecto. Li-  
cet enim respectu subjecti communis sint virtutes humanæ,  
quia sunt in homine: sint etiam virtutes animi, non corporis,  
quia in animo habitant: tamen respectu distinctiarum a-  
nimæ nostri facultatum etiam aliud domicilium habent vir-  
tutes Morales, aliud intellectuales: illæ sunt in voluntate,  
quam exornant; ha v. in intellectu, quem illustrant. (3)  
Materia & subjecto: quia virtutes intellectuales versantur tam  
circa necessaria, quam circa contingentia, tam circa univer-  
salia,

Safia, quā circa singularia, tā circa Theoretica, quā circa practicas, tā circa divina quā circa humana: Morales v. versatur tā circa contingentia, particularia, practica & circa humanas actiones. (4) *formae*. Intellectuales enim virtutes constunt in cognitione seu contemplatione veritatis, unde à quibusdā dicuntur *theoreticalis* virtutes: Virtutes v. Morales in actione boni sunt occupatae, & dicuntur *practicalis*. (5) *sine*. Eoq; sum *interno* tum *externo*. Internus Morallum virtutum finis est bonum, ita quidem ut Stoici solum honestum solamq; vice, etenim bonum quid esse voluerint: intellectualium v. finis internum est *verum*, quia ad veritatis investigationem, cognitionem & conservationem tendunt. Externum quod attinet finem, etiam hic utrisq; est distinctus. Morallum virtutum finis extensus est *felicitas practica*: intellectualium v. *felicitas contemplativa*. (6) *Officium*. Intellectualium virtutum officium est intellectum renovare, ipsum confirmare & in veritatis cognitione perficere: Morallum v. opus est, voluntatis curam, suscipere, eandem in bonitate conservare & ad virtutem fluidum applicare. (7) *Oppositia*. Nam virtutibus intellectualibus mentis nostra ignorantia, monilibus v. voluntatis malitia cōseriatur.

7. Quoad Moralem virtutem notanda est. (1) *definitio*. (2) *divisione*. (3) *Opposito*. Definitio Aristotelis & Aristotelicorum hæc est. *Virtus moralis est habitus electivus consensu in mediocritate, quo nos res officia & determinatur à recta ratione, seu ut vir prudens eam determinaret*. Ubi notandum (1) *definitum*. (2) *ipsa definitio*.

8. Definitum ut aggrediamur, dicitur hæc *Virtus moralis* (1) propter disciplinam in qua tractatur, quæ partim dicitur *Ethica*, à moribus: partim *philosophia Moralis*, *scientia Morum*. Ecce: quia hos potissimum excolendos sibi sumit: Unde merito hæc virtutes morales dicuntur, quia potissimum in philosophia moralis habent rationem. (2) propter causam efficientem, à re ore seu consuetudine. Morales non virtutes potissimum

Moralis

sum ex more comparantur ut th. 6. ex lib. 2. c. 1. Nicom. explic-  
cuimus. (3) propter objectum, quia circa mores hominum for-  
mandos & conformandos, eosq; secundum auream medio-  
critatis cynosuram dirigendos sunt occupatae. (4) propter effe-  
ctum, quia ad civilitatem morum nos deducunt, morum  
honestatem nobis conferunt & bene moratos atq; modestos  
homines constituant. (5) propter distinctionis commodum: ut  
hac ratione peculiari appellatione haec virtutes ab intellectua-  
libus distinguantur, ne ulla inter eas vel sit, vel oriri possit confusio.  
Sicut n. naturam habent diversam & distinctam, ita  
etiam distinctam debent habere appellationem. (6) propter  
Aristotelis testimonium. Hic n. disertis verbis testatur l. 2. c. 1.  
Morales ex more comparantur, à quo nomen quoq; traxerunt, quod  
parum à more desicitur. Huic etiam alii non contradicuer-  
Ethici.

9. Ipsa definitio constat tum genere, tum differentia. Genus  
est quod virtus sit habitus. Vid. disp. præc. th. 10. ubi pluribus  
hoc ipsum decidimus probatum. Objiciunt tamen alii: Ulti-  
mum cuiusq; reductar ad illud genus eius est ultimum. At vir-  
tus est ultimum potentie. E. non erit habitus sed potentia. R. dist.  
inter perfectionem naturalem, quæ fluit ex illa potentia: & inter  
non naturalem seu habitualem, quæ non ex solis naturæ proma-  
nat viribus. Deinde quando Virtus dicitur ultimum potentie  
sumitur non pro habitu, sed pro objecto virtutis. Item dist. inter  
perfectionem mediaticam & immediaticam: de hac, non de illa,  
vera est major. Tandem ipse Thom. part. 1. secundæ q. 55. art. 1.  
respondet, quod virtus nominet quandam potentie perfecti-  
onem, unde potentia dicitur perfecta, quæ determinatur ad  
suum actum. Sunt a. quædam potentie, quæ secundum se-  
ipcas sunt determinatae ad suos actus, unde per se dicuntur  
virtutes, ut suæ potentie naturales. Rationales a. quæ pro-  
prie homini convenient, non determinantur ad unum, sed  
sese determinatae ad multa habent: determinantur a. ad actus  
por habitus suos, unde virtutes humanae sunt habitus.

10. Dif.

10. Differentia triplex est (1) generalis est, quod hic habitus  
sit electivus. Hujus differentiae notamus (1) officium. Dislin-  
guit hac vox Electionis s. Electivi habitus Virtutem moralem.  
(2) ab actionibus externis seu corporalibus, quod nim. Virtus non  
sit habitus corporis, cum nulla electio in corporis habitibus  
habeat locum, sed sit habitus animi. (3) a virtutibus intellectua-  
libus: haec n. cum in rationali animi parte nim. in intellectu  
sine constituta, non potest ipsis attribui ~~magister~~ s. electio,  
qua in voluntate & appetitu constitit (4) ab actionibus natura-  
libus: siquidem naturales actiones uniformiter se habent, nec  
in iis electio locum invenit. (5) ab actionibus casualibus & for-  
euitis: quia ubi regnat fortuna, ibi nulla est prudentia, secun-  
dum illud vulgatum: Ubi multum fortunæ, ibi parum pru-  
dentie. (6) ab actionibus temerarijs: qua enim temere & sine  
ulla consultatione committuntur, nullam admittunt electionem.  
(7) ab actionibus puerilibus. Nam pueri cum  
nec consultationis, nec prudentiae sint espaces, etiam electio-  
nas ab actionibus puerilibus. (8) ab actionibus insani entiu-  
lmente captorum, qui circa ullam antegressam deliberationem  
actiones suas instituunt.

11. (2) Sensum etiam hujus primæ differentie ut explicemus,  
dicimus hac voce notari (1) Virtutum morarium causam effici-  
entem immediatam, que sunt actiones humanae sapientia &  
repetita, usq; dum perfectus habitus constitutatur. Nam  
ex electione actiones promanant, propter actiones electio sus-  
cipitur, adeoq; ad actiones electio ordinatur. (2) Virtutum  
mororum causam efficientem mediatarum, nam principia actionum  
humanarum, que sunt spontaneum, Voluntas, Consultatio, Electio  
& Liberum arbitrium. Quod a ex his principiis actiones E-  
thicæ & virtuosæ sint constitutæ, voce electione Philosop-  
hus exprimere voluit. Electio siquidem presupponit spó-  
neum, voluntatem, consultacionem, includit etiam liberum

B arbi-

arbitriū. (3) *Virtutū moraliū subjectū*: quod sc. virtutes morales  
nō sint in corpore, quia in corpore nulla datur electio: neq; in  
parte animi rationali, quia ratio non eligit, sed eligendum  
vel fugiendum proponit: sed in facultate hominis appetente  
seu in voluntate, quia hujus proprium est, ex pluribus à rati-  
one oblatis unum eligere. (4) *Virtutum moralium objectum*,  
quod sunt affectus. Nam hac voce voluit ostendere Aristote-  
les, quod affectus ex Stoicorum sententia non penitus & fun-  
dirus sint ex stirpandi, sed ita eos esse moderandos, ut, quod  
rectæ rationi congruum est, constanter eligamus. (5) *Viri-  
tutum moralium requisita*: ut nīm. actiones virtuosæ hanc sci-  
ter, volenter & constanter atq; ex firme animi proposito, id  
quod Electionis vocabulum notasse videtur.

12. Altera differentia est quod sit habitus in mediocritate con-  
sistens. Non n. sufficit illa deliberatio vel electio, quia hæc  
potest etiam vitiosis actionibus convenire. Multa n. sapienter  
vitia ex longa fiunt deliberatione, ex firma committuntur e-  
lectione. Requiritur ergo strictior adhuc differentia, quæ  
specialis nuncupari potest, quod nīm. Virtus sit habitus in me-  
diocritate continuus. Triplici a. respectu virtus medium ser-  
vat (1) ratione affectuum, dum affectus ita moderatur, ne l. sint  
nimis, l. sint minus, l. plane sint nulli, quo sensu vocatur tem-  
peratura affectus ad medium nos deducens. (2) ratione actuum,  
dum actiones ita dirigit, ut servet medium inter duo extrema,  
excessum sc. & defectum. (3) ratione circumstantiarum, dum ac-  
curatè omnes circumstantiarum classes examinat, & quid si-  
bi sit faciendum, atq; quemodo medium respectu nostri sit  
observandum, sapienter dijudicat.

13. Tertia hinc sequitur quæ est specialissima. Cum n.  
medium sit duplex secundum Arist. aliud πρόγματος, quod  
l. z. Nic. c. 6. definit: λέγω τε μὴ πρόγματος μέσον, τὸ ισού-  
περέχων αὐτοῖς ἐκπληκτικόν, διότι οὐδὲν εὐ καὶ πῦρ πᾶσα  
h.e.

**h.e.** Medium rei est, quod ab utroq; extremo distat equaliter, unumq; & idem est apud omnes. Vocatur alias Arithmeticum: aliud τεχνή μέσης, ο μέσος το λεόντες πάντα επέπει. το το δικένα  
είναι, είς το διπλό πάντα h.e. medium quoad nos est quod unū extre-  
merum vicinius est, alioī remotius: hoc a.neg, unum est neque  
idem omnibus: ideo in ipsa definitione hoc medium triplici-  
membro circumscribere & determinare voluit Aristoteles, ne  
spuriam pro genuina medicritate arripiamus: nim. quod  
hac medicritas (1) resipcial nos & omnēs circumspectiarum  
classes, (2) quod determinetur ἀρετὴ ratione, (3) quod ita sit  
definienda scut vir prudens eam solet determinare. De quibus  
omnibus plurima essent afferenda, sed hac vice brevitatris er-  
go sunt omittenda.

14. Quoad Divisionem. Virtus Moralis alia est Simplex, alia composita. Hæc est Justitia, quæ distributivam & commutativam sub suo ambitu complectitur. Simplex vel est magis extra conversationem, vel magis in conversatione. Virtutes quæ extra conversationem magis conspicuntur, vel versantur circa bona externa & quidem vel corporis, tum in periculis sustinendis, ut Fortitudo: tum in voluptatibus percipiendis & modicunatis, ut Temperantia: Vel fortuna & quidem partim circa divitas tum mediocres, ut Liberalitas, &c. ut Magnificentia: Partim circa honores, eosq; vel magnos, ut Magnanimitas: vel mediocres, ut modestia: Vel circa interna animi nim. et circa sicut, ut Mansuetudo: In conversatione occupata sunt virtutes homileticas, quæ nostras dirigunt operationes, vel in conversatione seria, quoad actiones, ut Comitas: quoad sermones, ut Veracitus: vel in Jocosa, ut Urbanitas.

16. *Oppositum Virtutis Moralis est Vicium Morale*, quod est aberratio in moribus, qua contra natura legem Ecclesiam rationem peccatur vel in excessu, vel in defectu.

Tantum.

Gau.

**G**AUDET ARISTOCLES IDEIS ; GUTTUR E BACCHUS ;  
VENATUR LADES TEARUS ; ARA MIDAS :  
ILLE CREPAT MYSTERICIA ; POCLA EDISFERIT ALTER ;  
TERNUS FACTA RESERT ; ISSE RENARRAT OPES.  
MENTEM ALIAM PRELES LATONIA SINXIT ADOLPHUS,  
QUI VIRTUTIS AMANS EST DUCE ARISTOCLES.  
VIRTUTEM MEMORAT CELSO DE PONTE CATBEDRA,  
ENODANS VARIIS TORSIS CAVILLA PLICIS :  
AD SUPREMA BONI FASTIGIA CAUEUS ANBOLES ;  
PERGE ITA ! NAM STUDIO VINCIE OMNE POTES.

M. Elias Grabenitz.

**I**NGENIJ VIRES TENERIS QUI PANDIT IN ANNIS,  
ISSE DECUS MERITO MAGNA CUM LADE MERETUR,  
AC HOMINUM VERO DIGNA CENSUR AMORE.  
CHARA ID AMICE FACIS SEMPER SUBLIMIA TENTANS,  
HAC & DISCUTIENS GENIO PROBLEMAS BIS DIGNUS AMORE.

Mattheus Flemming /  
Intebogae-Saxo.



D

IN NOMINE JESU!  
EXERCITATIONUM ETHICARUM  
DISPUTATIO VII.

De

**CAUSA EFFICI-  
ENTE VIRTUTUM MORA-  
LIUM ET IN SPECIE DE HUMANARUM  
ACTIONUM PRINCIPIS.**

*Quam*  
**PRÆSES**

**M. JOHANNES Deutschtan**  
Jutrebocensis.  
ET RESPONDENS  
**GEBHARDUS THEODORUS MEIER**  
Hannoveranus.

*proponent publicè*  
In Auditorio Minoris Ad d. 14. Aug.  
Horis matutinis.

---

WITTEBERGÆ, Excudebat Joh. Hake, M. DC. LII.



EXERCITATIONES  
HUMANARUM

DISCUSSIONES ALI

# CASA EFFICI

ET ARTITIUM MORA  
TUM ET IN SPECIE HUMANARUM  
SECTIONES HUMANARUM

M. JOHANNES GALLUS

ET PETRODIA

CHARLES HEDOVS MEIER

HEDOVS MEIER

IN VENDEO MUNERE AEGAE

HEDOVS MEIER

WILHELMVS EXCEPTE LOP. HEDOVS MEIER

**C**um scire sit rem per causam nosse, ut habet Philos. I. Post. Anal. non tantum in scientiis debemus causas rerum proximas cognoscere, sed etiam in Practicæ Philosophiae partibus causas rerum evolvere. Licet enim hic nulla sit scientia Apodictica, datur tamen notitia virtutum vera. Et quia plena virtutum notitia ab Ethico est tradenda, causarū etiam genera non sunt negligenda. Cum autem de fine Virtutum in Eudæmonologia sit tractatum; Formæ etiam nimirum Mediocritatis in ipsa definitione mentio sit facta: restat ut de Causa Efficiente ut & de Materia aliquid verborum adhuc feramus! De hâc quidem sequenti, de illa vero præsenti disquisitione agere decrevimus, ubi principia Actionum humanarum nobis explicanda sumpsimus. Sit ergo sub DEO & cum DEO Thesis.

1. Naturam Virtutis esse in Ethicis exponendaen, diximus disp. 5. cibes. 9. Cum autem illa natura partim *conjunctionem* allegetur, partim *distinctionem* explicetur: illo jam munere sumus functi, hoc adhuc restare videtur. *Conjunctionem* siquidem tum de Virtute in genere, quoad definitionem & divisionem; tum quoad virtutem Moralem in specie, itidem quoad definitionem & divisionem nostram tractationem absolvimus; jam distinctam Virtutis Moralis explicationem suscipimus tum quoad causas, tum quoad species. Quoad causas nimirum Efficientem hac disp. 7. & materiam disp. 8. De speciebus v. octavam sequentes Exercitationes afferent doctrinam.

2. *Causa Efficientis* Virtutem sunt *actiones* Mediocritati conformatæ. Duo hic dicuntur (1) quod actiones sine causa Efficientis Virtutem, quod probatur (1) à virtutum natura. Virtutes s. Ethica non in nuda speculatione, sed potissimum in operatione constituant, adeoq; vere sunt Practica. Practicum an-

tem quod est, illud etiam à ~~virtute~~ suam habet originem. (2) ex genere virtutum. Virtutes n. sunt habitus. Habitus autem definitur, quod sit qualitas crebris actionibus comparata &c. Crebrae ergo actiones constituant habitum, constituunt etiam virtutem. (3) ex virtutum constitutione. Tria n. ut eiusvis habitus, ita etiam uniuscuiusq; virtutis sunt principia. (1) Quoic s. natura. (2) pcd. ñoic s. disciplina: & (3) ñoic s. exercitatio: illa virtutem incipit, quia ejus dat semina & rectas rationis prima principia: ista virtutem dirigit, quia illa prima natura principia excusat. Nam sola non sufficit natura, quia, ut 3. Tuscul. habet Tullius, quos natura nobis parvulos dedit igniculos, celeriter malis moribus, opinionibus depravatis sic refringimus, ut non quam natura lumen appareat. Unde facile colligitur quod disciplina directrice maxime sit opus. Hæc v. & naturam & disciplinam perficit. Nam ager nisi cultus fructus non facit; ita animus otiosus virtutes non caput. Et præterea non multum prodest doctrina præcognitionis nisi ad doctrinam accedat exercitatio. Ut n. Diogen, apud Laërt. l. 6. de vit. Philos, inquit, absg, exercitatione nibil invita perficitur: ea v. omnia exsuperare potest. Nam ipsius quoq; voluptatis contemptus, si nos affececerimus, jucundissimus sit, & sequit bi, qui conseruent voluptuosè vivere, molestè se inde avelli praecantur; ita qui aliter sunt exercitati, facilimè ipsas contemnunt voluptates. Sit ergo natura virtutis causa, erit tamen remota: sit etiam disciplina causa virtutis, erit incompleta & inadæquata; sola igitur Exercitatio dat habitum, dat virtutis complementum. (4) à virtutum subiecto. Causa n. virtutis proxime in homine sunt querenda, non in alio subiecto, cū virtus homini proprium sit bonum. Erit ergo virtutis causa vel intellectus, vel voluntas, vel actio ex his promanans. Non intellectus: quia virtus Moralis non consistit in speculacione, sed in operatione: non Voluntas: Si n. Voluntas esset causa proxima & adæquata virtutis, omnes homines esse virtuosi, quod est falsum. Relinquitur ergo tertium, nim. actiones ab his proficientes.

3. (4)

3. (2) Quod non actio sed *actiones* sunt causa Efficiens  
virtutum, nūm. crebra & sapientia. Illud probatur (1) ex  
*ratione*: Nam omnis habitus ex crebris actionibus constitu-  
itur, Ergo etiam Virtus. (2) ex similitudine. Quemadmodū  
n. una hirundo non facit vel ita etiam ex una vel ex paucis a-  
ctionibus virtutis habitus non generatur. Sed ut Scal. Ex 307.  
l. 4. scribit: *Ex actionum crebritate, aut ex paucis bene validis ha-  
bitus cretur, sicut cavitas in lapide vel à multis guttis, vel à re  
solidā paucis iecib[us].* (3) ex *Experiencia*. Illa n. testatur se-  
pius canendo hominem fieri Musicum; sepius numerando  
Arithmeticum, sepius disputando Dialecticum, & ex actio-  
nibus honestis sepius iteratis ἀγαθοῖσιν τὸ δὲ ἀγαθοῖσιν ἐναιδεί<sup>ση</sup>  
τὰ τρία ἀγένετα ξένων, inquit Philos. l. 1. M. c. 1. ex autoritate.  
Testatur id sepius Philos. non uno in loco. Donald. l. 2. c. 4. in-  
quie: *Causa efficiens virtutis sunt crebrae actiones mediocritati co-*  
formatae Piccol. gr. 2. c. 6. Acquiruntur habitus per iteratas at cre-  
bras operationes, consimiles illis, quae mox ex habitu prodeunt. I-  
dem etiam alii facientes autores. (5) ex actionum verâ significa-  
tione. Dum n. de Virtutibus Moralibus dicimus, eas actioni-  
bus comparari, etiam Mores, assuetudine & exercitatione eas  
comparari simul dicimus. Exigua n. inter haec licet sit diffe-  
rentia, ut notavit Piccol. gr. 2. c. 9. tamen hic ferme sunt syno-  
nyma. Nam Mos (externum intellige) est actio ex interno  
more prodiens. Assuetudo, qua est exercitatio actionumq;  
repetitio, qua mores gignuntur, actionem includit. Exerci-  
tatio, qua & assuetudinis descriptionem ingressa, de omni o-  
perationum, cum pro formando, cum pro servando habitu a-  
liquo editarum, repetitione dicitur. Unde εἰς modo per  
Morem, modo per assuetudinem, modo per Exercitationem,  
modo per actiones morales explicatur. Ex quibus omni-  
bus id colligere licet Virtutis habitum per crebras & sepius i-  
teratas actiones morales produci. Ubi tamen notandum  
quod interdū etiā ejus modi habitus ex paucis satis validis a-  
ctionibus generetur.

4. (3) Quod *actiones* secundum Mediocritatem sint institu-  
tae. Probatur hoc secundum Aristot. (1) à contrarijs. Nam  
actio-

actiones, quae non constant mediocritate h.e. quae vel modū  
excedant, vel à modo deficiunt, seu in quibus Nimirum vel  
parum, nihil habent rectum vel laudabile. Ideoq; potius vir-  
tutibus adversantur easq; corruptunt, quam ut ex illis bñni  
habitus possint gigni. Ex verbis igitur, quae habet Phil. l. 2.  
*Nic. c. 2. §. πρῶτον δὲ τὸν : ita argumentamur: Si Nimirum &*  
parum virtutes corruptit, sequitur quod actiones mediocres  
cam constituent. Atqui verum prius E. (2) à similibus. Duplex  
a. proponit simile (1) à labore & exercitio §. ὁταπέδηται τοις ιχθύ-  
ς. Sicut nimio labore & exercitio vires corporis debilitan-  
tur & franguntur, nullo a. exercitio existente ex nimio otio  
languescent & extinguntur, moderato deniq; exercitio cō-  
servantur & augentur. Ita etiam in Virtutum studio actio-  
nes neq; in excessu neq; in defectu aberrantes, sed verè medi-  
ocritatem observantes adhibere debemus. (2) à cibo & potu. §.  
σπολος ἡ: Si eut sanitas nimio cibo corruptitur, nullo ex-  
tinguitur, moderato v. cibo ac potu recreatur & conservatur:  
ita etiam habitus merum ob excessum actionum corrupti-  
tur, ob defectum v. earum extinguitur, sed moderatis actioni-  
bus generatur & conservatur. (3) ab exemplis. Duas n. præcipu-  
as allegat virtutes nim. Fortitudinem & Temperaniam, deq; iis  
ostendit §. ὃ ταὶ δὲ quod actiones illarum & sine mediocres &  
tales esse debeant, ut de reliquis idem posse fieri judicium.  
Disertis n. verbis dicit, quod si eut se res habet in Fortitudine  
& Temperantia, ita etiam sit in aliis virtutibus.

5. Ita de Actionibus in genere, quod nim. Actiones cre-  
bra secundum Mediocritatem formatae sint causa Efficientis  
virtutum; jam etiam de principijs humanarum actionum in-  
specie est agendum. Nā ex cōmuni Philosophorum consensu con-  
stat, nihil quicquam esse, quod exactius nos deducat ad rei  
cognitionem, quam accuratam principiorum ejus cognitio-  
nem. Arift. siquidem l. 2. Elench. c. 8. testatur principia esse  
maximam partem, & l. 5. Polit. c. 4. esse rei dimidium, imò, ut ha-  
bet l. Nic. c. 7. plus esse, quam dimidium totius.

6. Cum a. Actiones multas habeant causas, secundum  
Sic-

Scalig. Exerc. 307. scđ. 27. hic saltem de iis agimus principiis,  
unde motus proficiscitur, non cuius gratia res agitur. De nu-  
mero a. horum principiorum variant autorum sententiae. Py-  
thagorai tres virtutis fontes statuerunt (1) prudentem scientiam  
(2) irascendi potentiam (3). Voluntatem cum præelectione  
& cupiditate conexam. Ex quarum harmonia & mutua  
conspiratione virtus consurgat. Alii alia poma & expounderat  
actionem humanarum principia. Liebenh. Ex. 5. th. 2. Principia  
que ex animo hominis originem ducunt 4. sunt: *Voluntas*,  
*Arbitrii libertas*, *Consultatio*, *Electio*. Cum quo consentire  
Riccob. l. 3. c. 5. Libertatem, Voluntatem, Deliberationem, Electione  
tanquam actionum humanarum principia numerans. Dd. Co-  
nimbris. diff. 4. de tribus principiis humanorum actuum, Vo-  
luntate, intellectu & appetitu sensitivo inscribunt. Nos receptura  
servamus & observamus numerū & dicimus quod principia hu-  
manarum actionum sint: *Spontaneum*, *Voluntas*, *Liberum ar-  
bitrium*, *Consultatio*, *Electio*. Nam humanarum actionum prin-  
cipium aliud est remotum, aliud propinquum. Illud dici-  
tur spontaneum: Hoc v. est principale ut tum voluntas, et  
liberum arbitrium; vel instrumentale, ut tum *Consultatio*,  
et *Electio*.

7. De spontaneo quatuor notabimus & explicabimus. (1)  
Definitionem Spontaneum est, cuius principium est in agente. Usi-  
cente singulas actiones circumstantias. Desumpta est hæc ex ipso  
Pbilof. l. 3. c. 1. Et quoad definitum (1) Spontaneum dicitur a sponte  
quod n. sponte agimus, factum Spontaneum nominatur.  
(2) Spontaneum tribuitur partim in animatis: Sic Cicer. l. 2. de  
Nat. Deor. ignem sponte moveri pronunciat. Et l. 2. de fin. Cha-  
ritatem facere, ut amicitia sua sponte ex se & pre-  
pter se exspectatur (2) vegetabilibus. Ut apud Virg. Ecl. 4.

Sponte sua sandix pascenes vestiet agnos.

Et de arboribus l. 2. Georg.

Sponte sua veniunt camposq; & flumina late

Curvatae tenent.

(3) irrationalibus, Nine jumentis & fera multa efficere sponte  
dicimus.

dicitur. Sponte sua currit in sylvis cervus, equus frenis solutus sponte sua per prata vagatur: spote sua equi vel boves currunt trahere non dirigere nec impellere autem videtur. (4) Rationalibus: & sic h. l. consideratur, quando dicitur actionem humanarum principium. (3) Spontaneum Graecis dicitur εκστος, cui opponitur ανεστος. Multi accusant nostros, quod perperam εκστος spontaneum vertatur, cum potius reddendum sit voluntarium. Venum si consideramus (1) vocis originem, nullum in eo esse peccatum deprehendimus. Scap. dicit εκω esse quasi enim: εκω a. est similius sum: quod ergo naturae cuilibet rei convenit, quod ab ea sponte profluit, quod naturae cursus non destruit vel evenit impedire, illud dicitur εκστος. εκω etiam est cedo, non repugno; quicquid igitur cederemus & non repugnante natura sit illud est & dicitur εκστος. (2) vocis usurpationem. Tribuitur inanimatis creaturis Rom. 8.19. η κτισις ταπειη εχειστα. (3) vocis oppositionem... μη διαγνωσως ειδως ουσιως extat i. Pet. 5. 2. Coguntur a. non solum homines sed etiam bruta & alia creatura: non sua sponte sed coacte lapis ascendit. (4) vocis contradistinctionem. Hic n. εκστος Aristot. contradistinguit θελημα voluntatem, distinctamq; utriusq; definitione tradit. Ex quibus faciliter apparet iure nos accusari non posse, qui εκστος spontaneum vertimus.

8. Quoad definitionem... Genus in ea expressum non est, neque tamen illud neglectum est penitus, sed subintellecum. Cum n. hic agatur de humanarum actionum principiis, nulla difficultate illud assumitur, quod multis est commune & ad ipsam tamen spontanei naturam pertinet. Generis ergo loco poni potest, Humanarum actionum principium. Nam hoc naturam spontanei explicat, non quidem distincte sed confuse, non adaequare & completere sed imperfecto & incompleto modo.

9. Differentia desumpta est (1) à proprio. Cujus principium est in agente, adeoque debet esse internum non externum. Excludatur hoc proprio: actiones aliorum iussa suscepit, sicut legatus non sua sponte sed iussu legantis legationem suscepit, ita-

etiam ea, quæ in mandatis habet, ejusdem autoritate perficit. Deinde removentur etiam actiones violentæ, quando aliquis ad hanc vel aliam actionem non sponte tuâ accedit, sed ab alio violento modo cogitur. Tandem in genere omnes actiones, quæ ab externo principio originem trahunt h. l. sunt excludendæ, quia internum principium necessario requiriatur. Non v. hoc referenda simul sunt actiones illæ, quæ ex ira, cupiditate aut aliquo alio vehementiori affectu proficiuntur: nam quod hæc actiones non sint invitæ, sed spontaneæ, illud prolixè Arift. l. 2. c. 1. exponit. Et si tales actiones excusationem merentur, nullam esset vitium, quod jure accusari posset, quia omnes vitiosi vehementiam sui affectus objicerent. Verum cum affectus sint interna principia, etiam videmus actiones illas potius hoc esse referendas, quam ab his excludendas.

10. (2) à Subiecto. Est in agente, habet definitio. Agens inde colligitur esse subiectum spontanei. Sicut n. omnia reliqua humanarum actionum principia sunt in agente, ita etiam spontanei subiectum agens erit. Et hujus membris necessitas facile ex priori potest declarari. Ubi n. proprium est, ibi etiam subiectum est, in quo illud est proprium, cum proprium sit accidens, adeoque necessariò semper subiectum ad suam inherentiam requirat. Deinde internum quod est, illud etiam in certo subiecto est, respectu cuius internum dici queat. Et quia spontaneum est internum, etiam certum habebit subiectum. Denig, cum spontaneum sit humanarum actionum principium, ibi etiam erit, ubi humanæ actiones suam habent sedem: Hæc a. est in agente, est in hominibus. Agens ergo spontanei erit subiectum.

11. (3) ab officio: Et scientie. Scientia igitur ad spontaneam actionem requiritur. Cum a. scientia s. cognitio non una sit, quenam hic potissimum sit intelligenda, erit dispendendum. Datur cognitio naturalis, qua una qualibet forma novit suum esse, quod materiae communicat, novit etiam distinguere suum specificum, novit etiam certas suas operationes.

Datur

Datur etiam cognitio sensualis, quæ est ex sensibus; Datur etiam cognitio rationalis, quæ cum ratione est conjuncta. Cum autem ba semper sint intelligenda secundum materiam substantiam, ultimam hic cognitionem intelligimus, dum de humarum actionum principiis agimus.

12. (4) ab Objecto: Singulas actionum circumstantias. Cum in mediocritas virtutis potissimum circumstantias respiciat, illæ omnino à virtutum studio sunt cognoscendæ. Denumeratio a circumstantiarum variantiis autore. Piccol. gr. 2. c. 12. recenset 10. 1. agens. 2. quod agitur. 3. in quod agens agit. 4. quo instrumento. 5. quomodo. 6. cuius finis gratia. 7. quando. 8. coram quo. 9. ubi. 10. quamdiu. Sed ipse postea confitetur ad pauciores classes illas redigi posse. Aristot. & plerique ex Arist. l. 3. c. 11. octo recensent. Ior. èv. 8. Χεργοι διεργαι δυτιαι, τιναις των ου δη, οις τε δη, καὶ τι, καὶ τις οι, ή τινι τοις τετταις, εἰσι τοις τινι, οἷον ὄργανον καὶ ἔνεκα τινα, οἷον τετηχαται, καὶ μόνον οἷον ἡγένεται σφράγεσθαι. Non erit fortassis abs re, quæ, quæ ea sint (circumstantia) distinguere: nim. quis agat, quid agat, & quæ in re versetur actio: interdu v. & quo, per instrumentum & cuius rei causa, verbi gratia, salutis causa, & quomodo: ut leniter & veberenter. Harum circumstantiarum ab Aristotele enumeratarum sufficiens ē Acciaj, probat super h. l. n. 17. scribens: Ha circumstantiae sunt omnes, circa quas versatur omnis actio: cum a. sint tot, & non sint nequiores, neq; pauciores, hoc modo ostenditur. Omnis circumstantia aut respicit agens aut causam actus, aut respicit ipsum actum. Si agens & causam actus tunc vel Efficiens, & vel principalis i.e. Quis? vel Instrumentalis: Quo? vel finalis: & Genitiva, cuius? vel Materialis, Circa quod? si responsum ipsum actum considerabitur vel secundum substantiam h.e. Quid? vel secundum mensuram suam, in quo se, vel loco, vel tempore; Vel secundum qualitatem i.e. Quomodo.

13. (2) Divisionem. Hanc affert Arist. l. 5. Nic. c. 8. quod quædam spontanea sint ex prelectione & απλότεραι; quædam non ex prelectione & ξειραστέσσεως: illa dicuntur προσαγένεται & προσλαβόται, quia consulto sunt; haec v. απεγκάρεται & απεγκάρεται.

*θέλοντες*, quia non sunt consulto, sed ex animi aliqua perturbatione.

14. (3) Oppositionem. Spontaneo opponitur iuritum s. *διαθήσιον*. Hic iterum notetar (1) Definitio. Invitum est, quod quispiam vel vi coactus, vel per ignorantiam admisit. (2) Divisio. Hae n. ex ipsa fluit definitione, quod aliud sit *Violentum*, aliud par ignorantiam commissum. (3) Utriusq; explicatio. *Violentum* quoad descriptionem est, cuius principium est extra agentem, ita ut is, qui agit, vel patitur, plane nihil ad actionem consentat. Quoad constitutionem, tria hic sunt necessaria (1) ut principium s. causa movens sit extra agentem (2) ut principium illud externum sit validum & ad motum illum violentum perficiendis sufficiens. (3) ut agens vel patiens, plane nihil adjumenti conferat ad illam actionem. Quoad divisionem est vel *ἀπλός* vios lentum, quod cum violento in genere coincidit, & ex omni parte tale est: vel *χειρωνάς*, quod partim voluntarium est, partim violentum, unde actiones tales mixte solent appellari. De quibus omnibus plura possunt legi apud *Aristot.* ejusque Interpretes.

15. *Invitum per ignorantiam commissum* est, cuius principium est ignorantia singularum actionis circumstantiarum in agente, culpa & fraudis vacuo, quam sequitur penitentia ob peccatum commissum. Est a. alia ignorantia pura, alia affectata; alia juris, alia facti; alia universalis alia particularis: *De quibus etiam alii consulantur aurores.*

16. (4) Distinctionem. Spontaneum differt (1) à voluntate; quia hac semper est conjuncta cum ratione; illud sāpe etiam absque ratione. (2) à libero arbitrio: quia hoc saltem est in hominibus; illud etiam aliis rebus tribuitur. (3) à consultatione: quia spontaneum nude circumstantias rerum cognoscit, non autem sicut consultatio mutuam earum collationē & applicationem instituit, sicut sit in consultatione. (4) ab Electione, ut habet *Philol. l.3. c.2. tem* ratione subjecti, quia *Electio tantum* est in hominibus adultis, qui certo consilio aliquid agunt; spontaneum v. etiam pueris & brutis tribuietur: turnatione

*missione objecti*, quia Electio non tribuitur repentinis actionibus, quae sine deliberatione fiunt, sed spontaneum etiam in repentinis actionibus reperitur.

17. *Voluntas explicanda tum quoad definitum.* Sic (1) Etymologicè dicitur à volendo quia proprius voluntatis actus est velle. (2) Homonymicè: Ita Quidam q. voluntatis notarunt significata, quod sumatur (1) *in sensu grammatico*, pro animi ad rem aliquam propensione, (2) *in sensu physico*, pro ipsa animi humani facultate, quae intellectui contradistinguitur, (3) *in sensu Ethico*, pro humanarii actioni principio, quæ respicit intelligentiæ usū & actū, actū nimirum approbationis in virtutib⁹, & aversationis in vitiis habitibus. (4) *in sensu concretivo & objectivo*, pro ipso volito, quando rem ab ea volitam & experitā significat. (3) *Synonymicè* dicitur græcis Εὐλητίς, ut sepius reperitur Arist. Non v. *εὐλητός*, ut alii volunt, id quod supra pluribus est declaratim.

18. *Tum quoad definitionem: Voluntas est appetitio boni comitacione.* Genus est appetitio, quia est latior. Nam omnis voluntas est appetitio, sed non contra. Appetitio competit plantis, arboribus & aliis vegetabilibus, quæ appetunt alimenta: competit brutis animalibus, quæ facultatem appetentem in anima sensitiva recipiunt: Voluntas v. tantum in hominibus reperitur. Deinde, quia est de natura ipsius voluntatis, cum velle nihil aliud sit, quam certo modo appetere. Tandem quia cum differentia totum volu ntatis natram absolvit. Differentia defumpta est (1) ab objecto. Dicitur enim appetitio Boni sive illud verum sit, sive apparenſ. (2) à principio: cum ratione, quia ignoti nulla cupido, nulla volitio. (3) à proprio. Ratio enim hic absolute ponitur & recta ratio intelligitur, quia hæc voluntas virtuosarum actionum principium esse debet.

19. *Liberum Arbitrium est facultas, hominis, qua arbitratu nostro ad finem tendimus, ut aliquid agere vel non agere queamus. Argitur de Libero Arbitrio hoc loco in sensu Ethico.*

20. *Consultatio est diligens inquisitio mediorum, per que in eō gendo ad finem propositum per venire possumus.*

21. *Electio est premeditata appetitio eorum, quae in nostra summa potestate & per nos fieri possunt. Plura addere non possumus.*

IN NOMINE JESU!  
EXERCITATIONUM ETHICARUM  
DISPUTATIO IIX.

29

De

MATERIA VIR.  
TVTVM MORA-  
LIVM ET IN SPECIE DE  
AFFECTIBVS.

Quam

PRÆSES

M. JOHANNES Deutſchman

ET RESPONDENS

M. MATTHÆUS FLEMMING

Jutrebocenses.

proponent publicè

In Auditorio Minoris Ad d. Oct.

Horis matutinis.

---

WITTEBERGÆ, Excudebat Joh. Hake, M DC LI.



**R**egum est, teste Tullio pro Sylla, ita vivere, ut non modo hominem neminis, sed ne quidem cupiditati ulli servias. Nam a-nimum vincere, affectus superare, iracundiam cohibere, & in omnibus negotiis scipsum temperare, veram afferit dignitatem, genuinam virtutis conferre potestatem. Quam ob rationem & Cato Major dicere solitus est, eum optimum & laude dignum esse Imperatorem, qui proprio suis affectibus imperare posset. Hoc autem ut effugiant homines affectuum dominium inventum est virtutis studium: Virtutibus siquidem tanquam prudentissimis affectuum arbitris omnis moderatur ipsorum aberratio. Ut a. affectus eō melius cognoscamus, ipsisque eō felicius virtutum frena injiciamus, ideo presentem sub Deo & cum Deo disputationem admittimus.

1. Cum omne promissum cadat in debitum, nos merito, quod superiori disputatione promisimus, presenti exhibemus. Datum erat, quod de virtutum Moralium causa Efficiente & Materia specialiter simus tractaturi, ideoque illā expositā ad hanc nos convertimus. Non una à Philosophis statuitur materia, sed eam cōmuiniter afferunt triplicem. Nam Materia ex qua Materia in qua & Materia circa quam. Omnes haec materiarū species suo modo conveniunt virtutibus, quod ordine etiam exponemus.

2. *Materia ex qua* propria predatur in corporibus, analogicē etiam reperitur in accidentibus. Hanc accidentium materiam Arist. 6. Metaph. 10. ἡ οὐλη ἀνάλογον, & Scal. Ex. 32a. Σλην. von ἡν. s. materiam intelligibilem ex l. 8. Met. 6. appellat. Cum igitur virtus sit accidens etiam talem habebit materiam. hanc alii vocant affectum, alii motum, alii qualitatem, alii actionem. Verum affectus sunt materia circa quam, affectus sunt naturales, & quas. actiones ex affectibus ortas, mediocriter recipiunt remotè sese habere videntur. Deinde motus

etiam propriè est affectio corporum naturalium, non materia virtutum moralium: quatenus a. nostra voluntas rationalis se moveat, affectusque dirigit & actiones mediocres producit, sic motus se habet partim efficienter, partim quoad materiale respectum, ab actionibus non multum differre videatur. Ad hac etiam de qualitate monemus, quod illa sit genus summum omnium virtutum; ut autem differentia formæ ita genus materiæ rationem habere diciter; illa actus, hæc potentia habet respectum, quia ut Scal. ait Ex. 325. scđt. 2. Accidens omnia habent suam essentiam conflatam ex potentia & actu. Potentia v. materiæ, & actus formæ respondit. Dist. tamen inter materiam Logicam & Ethicam, inter remotam & proximam.

3. Nos illorum sententiam retinemus, qui actiones dicunt materiam virtutis analogiam, & hanc sententiam certis argumentis probamus(1) à materia definitione. Materia ex qua Metaphysicis definitur, quod sit causa interna, ex qua res fit, eo pacto ut insit. Quod actiones sint causa virtutis, inde patet, quia influunt inesse virtutis, quod de causa natura esse judicatur. Quod sint internæ, illud icidem negari nequit, nam actiones ipsam ingrediuntur virtutis essentiam, adeoque internæ causa habebunt respectum. Quod ex actionibus virtus fiat, apud omnes est in confessio, nam multæ actiones absolvunt virtutis naturam. Quod actiones etiam sint & maneant in virtute, inde patet, quia virtus non consistit in nuda yvōte, sed potissimum in ὕρει. Ubi a. πολέμιος, ibi etiam actio (2) ex efficientis consideratione. Q. n. causa efficiens producit, & in quod formam introducit, illud est materia, id quod constat ex omnium Metaphysicorum confessione, cum ex efficientis conditione & operatione, tum ex rerum materialium inductione. Atqui efficiens nim. homo actionem producit, & in actiones virtutis formam nim. Mediocritatem introducit. E. actiones erunt virtutis materia(3) Ex forme operatione. Tria laudentur à Philosophis formæ officia quod det esse, distingui & operari. Cui ergo mediocritas dat esse, distingui & operari illud est materia virtutis. Atqui actionibus dat esse, distingui & operare E. Dat esse, quia actiones facit virtuosas; dat

distrin-

distingui, quia distinguunt actiones virtuosas ab actionibus naturalibus, intellectualibus, virtiosis, casualibus &c. dat operari, quia facit ut actiones constituant virum virtuosum, consequantur summum bonum & alia producant virtutum opera  
(4) Ex Materie & forme mutua conjunctione. Q. est subjectum & receptaculum formae nimirum, mediocritatis illud est materia. At qui actionis sunt subjectum & receptaculum mediocritatis E. Nam mediocritas nullibi alias reperitur, in nullū aliud subjectum recipitur, nullum convenientius receptaculum & domicilium agnoscit, quam ipsas actiones. Deinde quicquid informat à forma, illud est materia. At qui actiones informat. Mediocritas E. (5) à finis productione. Quod producit finem illud est medium. Actiones a. producunt finem virtutis sc. summum bonum. E. actiones sunt medium. Medium hoc summi B. cum sit virtus, actiones ut sint in virtute necessaria est. Erunt ergo I. materia I. forma. Nam hæ duæ tantum sunt causæ internæ, quia efficiens & finis in formalis suo respectu semper sunt externæ. Non a. actiones possunt dici forma, quia illas etiā in vitiis habemus, & in aliis actionibus non moralibus; & quia mediocritas est forma, quæ distincta est ab actionibus. Unde rursus firmiter colligitur, quod actiones sunt virtutum materia.

4. Materia in qua, Græcis υπονεμενον, Latinis subjectum dicta, apud Autores itidem est controversa. Alii n. statuunt subjectum virtutum moralium esse mentem & voluntatem, qua in sententia fuerunt Stoici, eorumque opinionem propugnavit Scotus. Horum a. argumenta prolixè refutavit Piccol. gr. 4. c. 7. Alii eas in appetitu sensitivo collocant & hanc sententiam magni nominis Philosophi confirmant. Alii easdem in voluntate ponunt. Alii denique utramque assumunt facultatem, virtutumque moralium subjectum & voluntatem & appetitum sensitivum statuunt. Nos ut primam non admittimus, ita neutram ex tribus posterioribus rejicimus. Nulla n. falsa, nulla etiam proper contradictionis inconvenientiam absurdum est. Dicimus ergo, quod Subjectum virtutum moralium sit (1) denominationis s. ut quod nimirum, totus homo. Sicut n. principium Quod est in respectu ad operationem ipsum

positum s. compositum: ita etiam *subjectum*. *Quod*, in respectu ad affectiones, est ipsum compositum s. suppositum. Virtutes siquidem in actione consistunt, non in sola cognitione. *Actiones a. sunt suppositorum.* Deinde quia totus homo ob virtutis studium dicitur virtuosus, facile inde colligimus, quod totus homo etiam sit virtutum moralium subjectum. De hoc a. subjecto nulla hic oritur disputatio, quia apud quinque est in confessio, ipsa etiam quotidiana docet experientia, immo manifesti sensus hoc ipsum declarant, quando videmus virtuosas ab hominibus fieri actiones, virtutes praeter hominem in nullo animalium genere reperiiri.

5. (2) *Inhaesione* s. ut quo, & quidem mediatum quod est anima hominis. Cum n. virtutes sunt in homine, in quo duas diversissimas partes coniunxit natura, nem. corpus & animam, ut secundum alterutram harum partium ipsi convenienter necessum est. Non a. virtutes sunt in corpore, tum quia virtutes sunt qualitates. Ut a. quantitas sequitur materiam, in que ea suam ponit sedem, ira quidem ut quantitas non possit esse in forma tanquam in subjecto; ita etiam qualitas sequitur formam & in ea tanquam in subjecto reperitur. Jam corpus materia est hominis, & anima forma, id quod vulgo notum. Tum quia virtutes ex actionibus comparantur, & in operatione consistunt. Materia a. ut materia non operatur, sed hoc ipsum formae est officium. Forma siquidem ut dat esse & distinguere, ita etiam dat operari. Tum quia sic nulla virtus esset habitus, quandoquidem sola anima habituum est subjectum. Tum quia sic virtus esset temperamenti soboles & ex constitutione corporis dependet, quod necno Ethicorum facile concedet. Tum quod etiam hac ratione in mortuo esset virtus, utpote ubi separata anima corpus est residuum. Hac cum sua non careant absurditate, relinquitur, quod anima mediata est virtutum moralium subjectum.

6. (3) *Inhaesione* s. ut quo immediatum, quod commodè informationis appellari posset. Breviter dicimus, nos statuere subjectum virtutum moralium esse appetitum volentem & voluntarem appetentem. Nam sicut intellectus se immittit in voluntatem, ita voluntas in appetitum scribit SAPAN, L. 4, Eth. Hoc ut

eo melius intelligatur, notandum est in Ethicis de voluntate & appetitu sensitivo non agi *αἰνειαβῶς* & accurate, sed παρχωλῶς & confuse, non ut de *Subiecto cognitionis*, sed *operationis*. Physici ergo est scientifice has facultates distinguere, utrataque accurate evolvere, & quid cuique sit proprium, quid ab una quaque sit alienum considerare. Ethicus a. cum suam informem voluntatem eamque à reliquis facultatibus non separatam, sed conjunctam, non curiosè tam subiecta distinguit, quam studiosè malum tollit. Sicut enim nemo laudaret Medicum, qui accessitas ad agrotum magis de corporis distinctione quam sanatione laboraret: ita etiam Ethici officium est malum ubique sanare, non a. curiosè facultates circa idem objectum occupatas & eodem malo infectas à se invicem separare. Huc accedit & illud, quod Aristoteles & omnes ejus interpres statuant, quod non appetitus in se sit hujus virtutis subiectum sed ad rationem ordinatus, non sine sed cum ratione. Jam appetitus ad rationem ordinatus, appetitus cum ratione nihil aliud est, quam voluntas. Nam ita definitur. *Voluntas est appetitus boni cum ratione s. appetitus ad rationem ordinatus.*

7. Tandem se nobis offert Materia circa quam, quæ itidem duplex alia propria & externa, alia communia & interna. Illa in singulis virtutum speciebus est distincta, quia præter alias virtutes etiam objectis suis peculiaribus solent distinguiri, scil. Fortitudo versatur circa *τὸ φόβον*, *θάρρον*: Liberalitas circa *τὰ κερδεῖα*: Modestia circa honores &c. De his a. quia in singularum virtutum explicatione peculiaris instituitur tractatio, hic plura verba non facimus.

8. Hac vero sunt *Affectus*, in quibus moderandis & conformandis omnes virtutes sunt occupatae. Quod a. *Affectus* sint Materia circa quam, illud probasur (1) ex objecti natura: Objectum describitur circa quod aliquid versatur; Atqui virtutes versantur circa affectus. E. Min. probatur. Timor est affectus, circa hunc affectum ne vel excedendo vel deficiendo peccemus, Fortitudo servat mediocritatem: Ira est affectus, ne a. vel nimiam vel justo minus irascatur Mansuetudo nos

(infor-

informat &c. (2) Ex Philosophorum regula: Objectum est id, cui  
aliquid adjungitur, ut in eo occupetur. Dicitur n. alias subje-  
ctum occupans, ut apud Metaphysicos docetur: Atqui affecti-  
bus adjungitur virtus, ut in illis frenandis & ordinandis occu-  
perur E. min. probatur ex affectuum operatione. Sicunt n. ho-  
minum duo sunt genera: alii sunt boni alii mali, ita non ni-  
si propter affectus tales habentur. Boni sunt, qui moderatis  
habent affectus: mali sunt qui immoderatis affectibus utun-  
tur, & quibusvis animi motibus frena laxant. Illud, quod mo-  
deratis quidam prædicti sint affectibus, est ex virtutis habitu,  
qui eos ab omni vel excessu vel defectu liberos præstat. hec v.  
quod alii immoderatè suis utrantur affectibus, non aliunde est  
nisi ex virtutis contemptu (3) ex habituum materia: Nam om-  
nis animi habitus occupatur in iis, quibus vel melior vel dete-  
rior redditur. Atqui per affectus habitus sunt boni vel mali,  
sequendo vel fugiendo quæ vel oportet, vel non oportet. E.  
(4) ex affectuum potentia. Nam quo aliquid est potentius, co-  
etiam efficacius remedium circa illud versatur. Atqui affectus  
in homine maximam habent potentiam. E. etiam efficacissi-  
mum habebunt remedium, quo aliud præter virtutem in E-  
thico foro non datur, major est certa, minor probatur, quia  
tanta est affectuum potentia, ut eorum tyrannis in homine  
sapientia rationem obscureret, vel etiam intercipiat penitus, nisi  
huic maximo malo opportune eat obviam moralis virtus (5)  
Ex virtutum èves p[ro]yeq[ua]. Nam secundum virtutem vivere nihil  
aliud est, quam affectus suos rectè nosse, affectus suos exorbi-  
tare conantes rectè rationis freno coercere posse? (6) Ex vo-  
luptatis & doloris cum affectibus synonymia. Nam Arist. l. 3. Eth.  
c. 2. & 5. multis argumentis confirmat, omnem virtutem cir-  
ca voluptatem & dolorem occupatam esse, quia nihil acerius  
mentem hominis invadit, quam dolor, nihil periculosius  
quam voluptas. Idem a. est, sive dicas virtutem versari circa  
affectus, aut circa voluptatem & dolorem. Rationem syn-  
onymias allegat Donald. l. 2. c. 7. p. 108. Quia voluptas & dolor  
perpetui sunt affectionum comites. (7) Ex Ciceronis autoritate:  
Hic n. lib. 1. Off. scribit: Efficiendum est, ut appetitus rationi obe-  
diant,

diant, namque neque preciarunt, neque propter pigritiam aut i-  
gnoriam deserant, sinq[ue] tranquilli, atque omni perturbatione &  
animi carant. Ex quo elucebit omnis constans, omnisque mo-  
deratio.

9. Circa affectus a. tria notamus (1) Existentiam (2) Essen-  
tiam (3) divisionis differentiam. Primum quod concernit, non  
immerito circa Existentiis queritur: An affectus in Ethica sine  
considerandi? videtur n. Ethicus falcam in alienam mittere  
messem, & Physicum suo spoliare patrimonio. Verum dist. est  
inter materiale, quod communem multis esse potest, & forma-  
le, quod cuiilibet disciplinæ proprium esse debet. Alio siqui-  
dem modo Physicus, alio itidem Ethicus affectuum instituit  
tractationem. Physica agit de affectibus ut de subjecto cognitio-  
ne, quia in eorum causam inquirit, & firmam de illis scientiam  
promittit: Ethica vero tantum ut de subjecto operationis affec-  
tus. ~~operationis~~ promittit. nisi n. affectus virtutibus essent or-  
coendi & secundum medioeritatem dirigendi, nunquam  
mentionem illorum ficeret Ethicus. Physica ratione natura, E-  
thica ratione culturæ eos proponit. Physicus theoreticus, Ethicus  
practicæ illos tradit. Physicus propter scientiam, Ethicus propter  
virtutis evipuar. Physicus ut sunt natura propria, Ethicus ut  
salutaria recipiunt remedia. Physicus ἀναβολῆς, Ethicus παχυ-  
λῶς. Physicus ut à sensitivo appetitu oriuntur, Ethicus ut à  
recta ratione diriguntur. Physicus quatenus sequuntur natu-  
ram, Ethicus quatenus ornant naturam. Sicut ergo Rhetor  
nullam Physico infert injuriam, quando paulo altius in affec-  
tuum naturam inquirit, quatenus instituto suo inserviunt,  
& suasionis atque disuasionis faciliorem viam ostendunt:  
nam relinquit Physico suam scientificam considerationem,  
nec quicquam cum ea, nisi quatenus huic Rhetorico inservie  
officio, habet commercii. Ita etiam in hoc suo negotio non  
potest accusari Ethicus, qui formale Physicum Physico, relin-  
quit suum tamen necessario præcognoscit subjectum.

10. Essentia explicatur in ipsa definitione: *Affectus est passio  
appetitus sensitivi exorta in ordine notitiam objecti vel boni, quod  
prosequitur, vel malis, quod fugit.* Definitum quod concernit,  
aut opere de cunctis aliis B. ad finem secunda

secundum notationem dicitur ab affectando, partim respectu cordis, quod s<sup>e</sup>pius valde solet affectare, ut omnem penitus amittat vitam: partim respectu appetitus sensitiv<sup>i</sup>. Hic n. dum infert passionem, eundem suo modo affectare dicitur: partim respectu totius hominis, qui dum affectibus commovetur, tunc sere h<sup>a</sup>c passione affectatur. Quoad homonymiam, sumitur vox affectus vel in sensu Physico, sine ullo respectu ad moderationem, & sic non est h. l. vel in sensu ethico, quatenus ad virtutem ordinatur ejusque moderationem appetere conatur, quo in sensu nos hic affectus vocabulo utimur. Quoad Synonymia, dicitur (ut alio omittamus) vulgo perturbatio non in sensu Stoico, sed Peripatetico, non in sensu grammatico sed Ethico. Dist. inter vocis originem, & sic videtur vox h<sup>a</sup>c à Stoicis introducta, quibus propterea placuit, ut eò facilius & commodeius opinionis sue commentum fulcirent, quo omnes affectuationi contrarie, penitus uitiosas & praecepsam irregularem perturbationem totaliter extirpandos judicarunt: Et inter eisdem usurpationem, quia h<sup>a</sup>c vox pro ipsis affectibus & quibusvis ex affectibus fluentibus commotionibus in schola Aristotelica usurpatur.

III. Definitio, constat cum genere, quod est Passio. Alii quidem per motum definiti affectum, ut Plato apud Alcianum de doct<sup>r</sup>. Plato c. 32. quod affectus sunt motus anima sine ratione. Idem etiam genus ponit Damasc. l. 2. de orth. fid. 22. Thomas. 2d. Eth. lett. 3. & alii. Verum nobis in eo non sunt contrarii, quia motum non acti<sup>v</sup>e, sed passiu<sup>m</sup> intelligunt, qui motus cum passione coincidit. Quod a. affectus sit passio pater (1) ex appellatione: quia Gracis dicitur μῆτηρ ἡ πάθωσις, & idem vult: perturbationis appellatio. (2) ex natura consideratione: Quicquid enim cito transit, illud est passio. Atqui affectus citato transit. E. Hinc Scotus in q. sent. dist. 47. assert<sup>r</sup> perturbationem solum esse perpassiōnē ab actione virtutis distinctam (3) ex inductione: quia ad nullam qualitatem potest referri, nisi ad tertiam speciem, & cum sit momentanea passio, omnino erit passio. Dicuntur n. passiones subitanæ qualitates, que à passione minus durabili imprimuntur. Cum igitur affectus ex passione oriuntur & facultatis appetentis ab objecto sint pa-

passiones, quo sensu nomen πάθη acceperunt, recte dicitur,  
quod sunt passiones; durius; a. videtur loqui Scotus, quod tan-  
tum sunt passiones, que verba cum grano salis sunt intelligen-  
da. Nam alias notant Ethici, quod affectus tripliciter possint  
considerari (1) ratione obiecti, & ita solum dici actiones (2)  
ratione facultatis appetentis & sic modo passiones, modo actio-  
nes appellantur. (3) ratione corporis, & ita solum dici passiones.

12. Tum differentia, qua delumpta est (1) à causa efficiente.  
Dicitur enim paistro appetitus. Nam faeuitas appetens ea,  
qua hominibus obsecuntur, l. prosequitur, l. persequitur.  
(2) à subiecto remoto, quod est appetitus sensitivus, non cognos-  
cens, ut volebant Stoici. Probant hoc Ethici (1) Motio partis  
est appetitus, non cognoscens. Affectus est motio. E. (2) Si af-  
fectus facultatis esse cognoscens, obiectum suum sub ratione ver-  
aut falsi prosequerentur vel fugerent. Hoc n. cognoscens est.  
At consequens est falsum: non n. sub ratione variat falsum,  
sed boni vel mali circa obiectum versatur, id quod appeten-  
tis est, Piccol. gr. i. c. 7. E. (2) Idem etiam Arist. testatur l. 4o  
topic. iram in inscenâ appetitu reperiit, voluptatem & justitiam  
in appetitu concupiscentie. (3) à subiecto proximo in corde. Cor e-  
nam proximum est affectuum. (4) à causa efficiente proxima:  
qua est nestitia obiecti, quia, ut Scalig. habet Ex. 297. scilicet 4o  
obiecta sunt quasi ex altera parte causæ efficientes (5) ab ob-  
iecto, quod sub ratione vel boni, vel mali cognoscitur. (6) à  
fine, qui duplex est respectu duplicis obiecti, vel boni prosecu-  
tio, vel mali aversatio.

13. Divisiones apud autores varia recensentur. Alii dicunt  
eos esse vel affectionales, nimisrum ipsas inclinationes & facul-  
tates ad nos facile & ex tempore movendos, ut ira: vel auctio-  
nem. ipsos facultatum impetus & fluctus quasi excitatos, ue-  
iracundia. Alii quosdam dicunt naturâ bonos, quosdam na-  
turâ malos, quosdam quasi medios. Alii leniores τὸ πῦρ & ve-  
bementiores τὸ πῦρ explicant. Alii respectu subiecti eos di-  
stribuant, ut quidam sunt appetitus concupiscentis, nim. Amor,  
Desiderium, Concupiscentia, Odium, (prout est in motu )  
Item Gaudium, delectationem, dolorem & justitiam (prout  
ver-

vergit ad quietem. I) Quidam autem sunt appetitus insatiables,  
nim. Spes, Desperatio, Timor, Audacia, ira.

14. Non divisionem ratione objecti hic retinemus. Nam  
quia potissimum objecti ratio in affectibus est habenda, & quia  
respectu objecti alii iucundi, alii molesti esse solent, divisio  
etiam ab objecto desumpta a nostro instituto non erit aliena.  
Objectum duplex est, bonum & malum, ita etiam affectus vel  
boni sunt, vel mali: illi sunt, qui juvant naturam & promovent  
virtutis studium. Respicunt a. boni affectus tempus partim  
simplex, & quidem vel prasens ut letitia: vel futurum, ut spes.  
Partim conjunctum ut, tum Amor, tum Desiderium. Hi vero sunt,  
qui destruunt naturam & impediunt virtutis studium. Suntq; ite-  
rum temporis l. simplicis, l. conjuncti Simplicis tum presentia,  
ut Tristitia; tum futuri, ut Timor. Conjuncti ut Ira & Odium.  
Specialiter autem affectuum explicationem hac vice subjun-  
gere non possumus, ideo nostram disputationem concludi-  
mus.

F I N I S



D

30

I. N. J.  
EXERCITATIONUM ETHICARUM  
DISPUTATIO IX.  
DE  
**FORTITUDINE,**

*Quam*  
P R A E S E S  
**M. JOHANNES Deutschman**  
Jutrebocensis.

ET  
**JACOBUS HIERONYMUS SCHLEUSING,**  
Autor & Respondens.

*proponent publicē*

In Auditorio Minorī  
*Add. 27. Mart.*

*Horis pomeridianis.*

**WITTEBERGÆ.**

---

Typis JOHANNIS HAKEN, Anno M. D C. LII.

EXERCITATIO IN RHYMIS

DISTYLIO IX.

DE

# HONITUDINE

W. JOHANNES SCHMIDT

IVOCANS HERONIUM SCHISMATIC.

SCHEISSERIUS ET C. T. W. D. C. CH.



## IN NOMINE JESU!



Uanto in precio olim sit habita Fortitudinis virtus, testes ex omnibus uni nobis erunt *Lacones*. Qui ut virtute sua omnem suo tempore vicerunt *Graciām*, ita sua pariter auctoritate huic fortitudinis virtuti conciliabunt gloriam. Hi enim, ut nullis utebantur mūris, sed murorum instar animi sui habebant & colebant fortitudinem, imo præter hanc animi constantiam nihil magni æstimabant; ita etiam omnem ætatem à sola fortitudine commendabant, & omnis ætatis homines non sine publica lege omnem in hac virtute laudem collocabant. Ethoc si non aliunde vel melius vel clarius, satis tamen inde elucescit, quando tres illi chori apud eosdem populos cantu fortitudinem solam celebrarunt.

*Senum chorus in cipiebat: ἄμεσος πότερον ήμεν ἀλιμοι ταύτα, h.e.*

*Nos quondam eramus incliti belloriri;*

*Juvenum chorus succinebat:*

*ἄμεσος δέ γ' ήμεν. ὃς θέληται νυγάδεο h.e.*

*Nos si sumus: fac, si velis, periculum.*

*Puerorum denique sequebatur chorus:*

*ἄμεσος δέ γ' ἐστίμεθα πολλῶ πάρεντες. h.e.*

*Nos fortitudine plurimum prestatibimus.*

Neq; tamen sola apud eos fuere verba, sed plurima ab hac fortitudine manarunt facta. Exempla qui desiderat, citimæ verutatis scriptores consulat. Nos parili encomio hanc nobilissimam virtutum ideam, *Fortitudinem* nimirum, excipimus, si non æquali consilio eadē vel exponere vel exercere possimus. Ne autem nostrum encomium vel sit vacuum, vel ulli videatur vanum, non omnem hic seponere possumus tracta-

tum.. Vacuum esset, si absque re hæc nuda proponerentur verba. Vanum v. daret encomium, qui rei ignora cantaret præconium.. Sub ipso igitur fortitudinis Autore & Conservatore has sequentes de fortitudine producimus theses.

I. Vestibulum virtutis haec tenus incolimus, dum generalia quædam capita de virtute explicuimus. Augustum, jam & splendidissimum pariter virtutis ingredimur templum, quia ordine naturam ejuslibet virtutis in specie enarramus. Magnus in hoc templo virtutum comparet numerus, magnus virtutum ornatus, magnus itidem apparatus. Omnes nobilitate aliis rebus superiores, dignitate, necessitate effectuum libertate intes se pares esse videntur.. In coelo quidem naturali unicum videmus solem, sed in morali tot habemus soles, quot ullibi virtutum comparent species. Nec immerito Ethicæ Virtutumq; Ethicarum cultori hoc non postrem difficitatis surgit dubium, quænam virtus priori, quænam posteriori sit ponenda loco, ne in utramque ipse sit injurius; illam alteri præferendo, hanc alteri postponendo, omnes siquidem & ortu, & statu, & dignitate, & necessitate, & utilitate videntur convenire.. Nos vero, ne novitatis videamur studiosi, & eruditæ virtutatis contemptores ac inimici, tritam ac regiam sequimur viam, & à Fortitudinis explicatione nostram inchoamus operam. Tunc siquidem est, antiquam observare methodum, quam per spinosas argutias novum scrutari transiit.. Cautius præterea plerorumq; sapientum amplecti sententiam, multis jam rationibus firmatam, quam paucorum quorundam obscurorum novatorum sequi viam, nullo certitudinis & rationis callo obductam..

2. Ne tamen illotis, quod ajunt, manibus rem tetigisse, & soli auctoratis titulo vacivas aures dedisse videamur, nostram, quæ à Fortitudine, secundum Aristotelem, sumit initium, tractationem rationibus confirmamus. (1) à fortitudinis objeto, Versatur enim illa circa maximè difficultia, utpote quæ ipsum vitæ periculum solent afferre, imo circa ipsam mortem,

tem, quæ maximam ex sua quadam proprietate sibi tribuit difficultatem, ea est occupata, cum mors speciale sit fortitudinis objectum, ut postea patet. Jam autem virtutis proprium est, difficultia curare, difficultia gubernare, in difficultibus omnem mediocritatem observare. Et quo objectum habet difficultius quælibet virtus, eo etiam illustrior, eo nobilior & admirabilior. (2) à fortitudinis subjecto. Nam fortitudo est propria viri virtus. Reliquæ virtutes frequentius etiam foemini solent convenire, quia & foemini inest justitia, & eisdem tribuitur liberalitas & temperantia, alia etiam virtutes ipsis non denegantur. Rarius autem fortitudo in hunc sexū cadere videtur, cum ejus quasi naturæ hæc virtus sit incommoda. Naturâ enim hic sexus molliti ei, inconstantia, timori & aliis affectibus est subjectus, qui communem cum fortitudine haut facile inveniunt sedem. Fortitudo animi sum. man firmitatem & constantiam requirit, & timorem à suo subjecto exulare cogit. Cum igitur vir foemina sit prior, foemina sit potior, fortitudo etiam priorem & potiorem meretur locum. Nam quod prius habet subjectum, potior iest etiam inest subjecto, merito prius est explicandum. (3) à fortitudinis statu. Hic plerumq; solet esse publicus, cum vir fortis pro Rege & grege secundum Alphonsum, pro Patriæ conservatione cum Themistocle, pro Patriæ libertate cum Trajibulo, aliisq; publicis bonis fortiter soleat pugnare. Quæ autem publica sunt, ea privatis minimè postponenda, sed omnibus modis anterenda secundum illud vulgatum :

*Publica privatim anterenda bonis.*

(4). A fortitudinis effectu. Hujus siquidem virtutis effectus sunt varij, ejusq; usus maximus in rebus etiam ponderosissimis. Si religionis conservare volumus puritatem, fortitudine opus est ; si Rempublicam habemus integrum, fortitudinis est beneficium. Si familiam servamus securam, fortitudinis est officium. (5) à fortitudinis proprio. Quia fortitudinis actiones maximum habent splendorem, & in oculos atq; admirationem.

tioinem cadunt hominum. Unde Plato in Lachete dixit: *ἡ ἀνδρεία ἐστὶ τὸν καλλιγόνον.* Et Cicer. I. Off. Splendidissimum videatur, quod animo magno factum est. (6) à fortitudinis elogio. Nam veteres secundum Scalig. exerc. 266. & 300. fortitudinem solam putabant esse virtutem. Hinc illi soli videbantur virtuosi, qui praeclare factis suam fortitudinem patriæ ostendebant. Alias rationes qui desiderat, eas apud Ariot. Interpp. legat, has allegasse hic brevitatis ergo sufficiat.

3. Fortitudinis theorian duobus includimus membris, alterum voci, alterum rei suam locabit operam. Vocem breviter ut explicemus, notamus ejus. (1) *Etymologiam.* Fortitudo ab adjective *fortis* suam accepit originem, quia illi dicuntur, sibi comparare fortitudinis virtutem, qui fortissimis factis, iisq; crebertimis vitam suam illustrant, & habitum virtutis consummant. Et hæc immediata est derivatio. Quod autem mediatam concernit *Etymologiam* *aliis* ab adverb: *Foras* fortitudinem dictam esse putant, quod illa hostem suum, qui fortis est, superare doceat. Illi n. qui hostes nostri sunt, plerumque *foras* sunt, & extra patriam nostram, adeoque peregrini. Unde hostis in bona significatione veteribus peregrinum denotabat. Qui cum jure hospitii abuterentur, sub hospitalitatis beneficio quærebant hospitum periculum & infortunium; quæ de causa hostis vocabulum de inimico sumi captum est. *Alii* eam à ferendo deducere malunt, quia vir fortis ea, quæ ardua sunt & maximè difficultia ferre ac sustinere potest, eademq; propter virtutis & honestatis amorem suā sponte quærit, & appetit.

4. (2) *Homonymia* non respuit fortitudinis vocabulū, sed variū accipit apud autores usum. Sumitur n. (1) *impropriè* & ita tribuitur tum *brutis*, tum rebus inanimatis, tum homini, *Brutis* quando tribuitur triplicem admittit variationem. Significat n. (1) *animositatem*, quæ quasi simulachrum quoddam, fortitudinis in bestiis est. Sic Leo dicitur fortis, quia animosum est animal. Item canis dicitur fortis, quia

MORONI

Aene

*A cane non mezzo sepe tenetur aper s*

(2) corporis magnitudinem, ut fortis idem sit quod robustus :  
sic tauri fortis dicuntur, quia immensae magnitudinis corpus  
gerunt. (3) celeritatem, si Nonno fidem habemus. Ita accipie-  
tur in illo Lucretii lib. 3.

*Quidnam tremulis facere at tubus hædi  
Consimile in cursu possint ac fortis equi via.*

Deinde quando rebus in animatis tribuitur, rem munitam & non  
nisi magna violencia superabilem rem importat : sic turres dicun-  
tur fortis &c. Homines etiam hanc impropriam significatio-  
nem sibi vendicant & quidem triplici differentia... Sumitur  
(1) pro formositate. Sic Plaut. in Mil. a. 4. sc. V. 13. Equus  
fortis visa est. (2) pro divitias & nobilitate : sic idem Plaut.  
in Trin. a 5 f. 2. v. 9. Eū sororē despōndisse suā in tam fortē familiā. (3)  
pro robore corporis ejusdemq. firmitate. Sic Milo Crotoniates, Tri-  
tannius Samius, Junius Valens, Aristomenes Messenius fortis dia-  
ctifuerunt. (II) propriè in sensu & hæc sumitur iterum trifariam.  
(1) in sensu imperfecto pro nuda dispositione, quæ alias dicitur la-  
borum tolerantia vel continentia... Sic Horat. lib. 2. Epist. 1.

*Agricola prisci fortis, parvus beati.*

(2) in sensu generico, pro animi firmitate & constantia ad actiones  
bonas tam in adversa quam in secunda fortuna obeundas. Sic  
omnis habitus virtutis, qui ex firma animi proposito pertur-  
batione vincit, hac ipsa venit significatione. (3) in sensu speci-  
fico, pro habitu virtuoso, qui mediocritatem circa metum & fiduciam  
observat: ut h. l. (III) Mysticè in sensu Theologico, & sic tribuitur  
(1) xar' ἐξ οὐρανοῦ DEO, quia inter alia Epitheta DEO etiam  
fortitudo tribuitur... (2) Angelis pro habitu concreto: siquidem  
illi ex prima sua creatione fortis dicuntur spiritus. (3)  
fidelibus pro habitu insuso, qui nihil aliud est, quam intrepida  
& perpetua constantia animi divinitus armata; quasi homo à  
DEO

sit ornatus, nullam penitus tyrannidem extimescit. Sic *Nos* contra ante-diluvianos, *Moses* contra *Pharaonem*, *Elias* contra *Achabum*, *David* contra *Goliathum* &c. summā animo-sitate usi fuerunt.

5. (3) *Synonymias ratione* hæc virtus dicitur alias *Magnanimitas*, grammaticè sc. sumpto hoc vocabulo, quia *victor*is animum in periculis sustinendis vere magnum adhibet. Item *Patientia*, *Tolerantia*, quæ camen potius sunt dispositio-nes & *victoria* ad habendum, quam habitus jam completus. Sic *Virg. l. 2. En. vim* etiam dicit fortitudinem.

*Instat vi patria Pyrrhus.*

*Idem* eandem pulchritudinem videtur nominare, dum for-tē pulchrum appellat.

*Satus Hercule pulchro  
Pulcher Aventinus. Scal. de causis LL. c. 22.*

6. Rem ipsam post vocis evolutionem aggredimur, & definitionem fortitudinis proponimus primum, deinde ean-dem breviter exponimus. Si enim totam rei naturam velimus intelligere, eandem nullibi melius, quam in ipsa definitione possumus invenire. Definitio autem secundum Aristotelem, & Aristotelicos est talis:

*Fortitudo est virtus moralis, quæ servat mediocritatem circa metum & fiducium.*

7. Hanc definitionem ut exponamus, cum definitum jam sit declaratum, ejus partes hic & notamus & easdem explicamus. *Definitio* constat genere & differentia. Genus est, quod sit *virtus moralis*. Nam quod fortitudo sit *virtus patet* (1) ex ejus objecto: versatur enim circa metum & fiduciam. Metas a. & fiducia sunt affectus, circa quos corrigendos & dirigendos omnes virtutes sunt occupata. (2) ex ejus formalis. Fortitudo enim observat mediocritatem, quæ observatio mediocritatis virtutis formam constituit: ubi a. forma est, ibi est etiam ipfa res,

res, quia forma dat esse rei, adeoq; fortitudo non potest non  
esse vera virtus. (3) ex fortitudinis proprio: quia versetur et  
maxime difficultas, quod itidem genuina virtus propriam est.  
(4) ex fortitudinis effectu. Ubiq; n. reperitur virtuosus effec-  
tus, ibi etiam causa ut sit virtus, est necessum. Arqui in for-  
titudine reperiatur virtuosus effectus. E. Major est certa, cum  
omnis effectus restetur de sua causa. Minor itidem negari ne-  
quit, cum effectus fortitudinis sint nobilissimi, unde haec vir-  
tus etiam homines ipsos solet nobilitare. Deinde quod sit vir-  
tus moralis, probatur itidem, (1) à causa efficiente, quia moribus  
acquiritur & comparatur fortitudo. Nam est habitus ex er-  
bris constitutus actionibus. (2) ex virtutis moralis definitione:  
qua tota fortitudini conveniens. (3) ex fortitudinis subjecto.  
Quia in voluntate suam habet sedem, non verò in intellectu.  
In voluntate autem virtutes morales reperiuntur. (4) ex for-  
titudinis usu: ejus enim opera magni aestimatur in vita civili &  
politica, qua non in theoria, sed in praxi consistit. Ergo eti-  
am fortitudo circa mores versatur. (5) ex fortitudinis auctoritate:  
la sequentia in actionibus humanis, quae sunt aut formidabili-  
les aut fiduciales, mediocriter etiam regiam observant.

9. *Differentia desumpta* est partim à materiali, quod est me-  
tus & fiducia. Accipiuntur a. (1) partim naturaliter & physice,  
quatenus sc. sequuntur naturalem hominis constitutionem &  
sunt affectus seu passiones anima sensitiva: circa affectus n.  
hosce dirigendos fortitudo suam locat operam. Partim habi-  
tualiter, moraliter, & ethice, quatenus scilicet ex habitu agé-  
di in homine acquiruntur, & sic sunt virtus animi potius, quam  
affectus naturales, & hoc modo inter haec duo virtus tanquam  
in iher excessum & defectum versatur fortitudo (2) partim inter-  
ne pro ipsis effectibus; partim externe pro rebus, affectus hos  
moventibus. Unde duplex oritur fortitudinis objectum, inter-  
num & externum.

10. *Internum* est, circa quod interius ipsa fortitudo est oc-  
cupata, ut illud moderetur, & ita hac duce omnis ejus aberra-  
tio evitetur. Estq; nihil aliud quam affectus, qui in rebus for-  
midabilibus & fiducialibus solent aberrare, & vel ad defectu-

B descen-

descendere, vel ad excessum ascendere. Tales affectus sunt metus & fiducia. Cum enim fortitudo vera sit virtus, ut antea est declaratum, ideo ut circa aliquem affectum tanquam circa materiam internam illa versetur, necessum est.

ii. Externum duplex est: vel generale; vel speciale. Generale iterum est vel primarium vel secundarium. Primarium est formidabile & terribile. Quod probatur (1) à formidabilitum natura. Fortis midabile quod est, horrorem solet ineutere, adeoque malum ipsi natura inferre: quæ autem fiducialia sunt, potius bonum videntur promittere. Sicut præter alia etiam hoc consistat. (2) ex iuris, affectus definitione: Spes definitur (ad ejus naturam fiducia quam proximè accedit) quod sit affectus bonus, quo dum bonum futurum appetitur, cor ad illud recipiendum se præparat & dilatat. Tunc vero seu metus, est affectus malus, qui ex spirituum coarctatione & cordis compressione ob imminentis mali fugam oritur. Ex quibus omnibus patescit, magis virtutem debere esse occupatam circa formidabilis, quam circa fiducialia. (3) à virtutis proprietate. Q. est difficilior in virtutum objectis, circa illud potissimum virtutes sunt occupatae, ut patet ex 2. Eth. 3. At difficilior est sustinere & perfere formidabilia, quam fiducialia. Illa n. mala sunt, hæc bona esse possunt; illa in passione, hæc in actione consistunt. Jam difficilior est mala perfere, quam inferre. (4) à fortitudinis splendore. In quoenam; objecto magis conspicua est vis fortitudinis, circa illud potissimum versatur. Atque vis fortitudinis magis conspicuitur in formidabilibus, quam in fiducialibus, quia illa fortitudinem erigunt, accidunt; hæc v. fortitudinem laxant. (5) à fortitudinis officio. Q. magis solent perturbare animum circa illa etiam magis occupata est fortitudo. Atque formidabilia magis perturbant ipsum animum. E. Notandum a. h. l. quod formidabilia alia sunt ὑπὲρ ἀνθρωπον, quæ nimis majora sunt, quam ut ab humana mente possint vel contemni, vel sustineri. E. G. Terræ motus, fulgura, tonitrua &c. alia vero sunt κατ' ανθρωπον, quæ suo modo ab hominibus sanâ mente prædictis possunt tolerari & superari. Non illa, sed hæc objectum fortitudinis constituant.

12. Se-

12. Secundarium est fiduciale θεραπεγλάσιον, quod hominibus  
in rebus adversis fiduciam aliquā afferre, eosq; enim os red-  
dere potest. Quæ omnia ex præced th: jam sunt firma. Sunta.  
illa fiducialia in duplice differentia, vel ὑπέρ αὐθωπτον, quæ  
plane sunt divina, & omnia hominum auxilia superantia; unde  
maximam confidentiam, consolationem & spem libertatis fo-  
lent afferre; quale auxilium Deus olim & ad huc hodie solet  
Martyribus offere, eosq; contra omnem hostium tyrannidem  
animare: velut aρβωπτον, quæ in humanis solet consueta  
esse auxiliis, & in rebus adversis atq; periculosis homini fidu-  
ciam addere. Hujusmodi sunt amici, divitiae, munitiones,  
arma &c.

13. Speciale objectum est Mors, quæ omnium terribilium  
terribilissimum. Intelligitur a. potissimum mors belli-  
ca, quæ omniū est honestissima (1) ratione objecti, quia in peri-  
culo honestissimo appetitur, qualia sunt pericula bellica. Bel-  
licum enim, si justum sit, ex justa & legitima causa suscepturn,  
modo justo etiam gestum, utiq; etiā pericula bellica erunt ho-  
nesta. (2) ratione scopi, quia pro defensione aliorū nimis reli-  
gionis, patriæ, libertatis, legū, parentū &c. suscepitur. Quæ o-  
mnia nō nisi, ad solā tendunt honestatē (3) ratione cōsequētiis ad-  
juncti, quia fama, quæ est aeternitatis lingua & tuba eā sequitur.

14. Partim à Formali, quod consideratur, tunc ratione sui, tum  
ratione extremerū, quia ex utroq; mediocritas promanare solet.  
Ratione sui quando consideratur, omnes circumstantiæ pro-  
be sunt consideranda & observanda. (1) Persona, in qua requi-  
ritur partim scientia. Nā quæ ex ignorantia oriuntur facta, nul-  
la penitus veram habent fortitudinem. Arist. quidem lib.3. cap.8.  
etiam hujus fortitudinis facit mentione, quod detur quædam  
fortitudo inscia seu ex ignorantia profecta, quā definire solet,  
quod sit animositas quædā in adeundis periculis profecta ex  
periculi ignorantia. Verum ipse Aristoteles constituit, quod  
illa sit saltē apparentis fortitudo. Partim libertas, quia fortitudo  
non debet esse, coacta quam homines poenæ formidine com-  
pulsi ad legū iussa patrare & periculis masculè se se objectare  
solet. Hanc n.eadē ratione Aristoteles respuit. Partim: atatis  
integritas. Pueri n.ut virtutis nō sunt capaces, ita nec fortitudi-

nia



nis possunt esse observatores. Huc pertinet & illud, quod communiter ad sexum hanc  
virtus restringitur virilis, quia Ciceronis iudicio ipsa est propria viri virtus.

15. (2) Objectis cuius notanda (1) magnitudo, pericula n. illa, quibus vir fortis est  
subjectus, sunt longe maxima. (2) multitudo: quia sunt quotidiana (3) conditio.  
Ita debent esse humanæ, quia quæ sunt supra hominem, tum in fiducialibus tum  
in formidabilibus, ea nemo sanæ mentis appetit. Deinde debent esse honestas.  
Nam quæ ab honestate sunt remota, virum fortem non constituant. Peccant er-  
go illi, qui multis sceleribus mortem violentam sibi attrahunt. Hi si quandam  
in penarum inflictione præ se ferant fortitudinem, ea minimè est vera censenda.  
Tandem debent esse lucua. Quæ n. legibus divinis & humanis sunt prohibita,  
huic virtuti non sunt consentanea. Unde cito excepit gravissimam corpori  
suo injuriam afferunt, dum violentias ipsi manus inferunt.

16. (3) Modi. Consistit hic (1) in libera electione. Unde & illa fortitudo, ad quam  
jure quædam sumus adstricti, nimirum civilis, apparenst tantum est, non vera,  
quia leges à singulis civibus ea in defendenda patria requirunt. (2) in imprudenti  
operatione. Nam prudentia hic opus est, & qua in sola experientia, non a. in ve-  
ra prudentia fundatur fortitudo, illa saltem apparenst dicitur ab Arift. d.l. quan-  
ta est militaris (3) in constanti continuatione: momentanea enim fortitudo, nul-  
la est fortitudo, sed quæ perpetua est, ea vera perhibetur.

14. (4) Finis. Sic vir fortis non ager (1) job vindicta cupiditatem, qualis fortitudo  
est iracunda Arift. d.l. (2) non ob lucri & preda magnitudinem, ut milites. (3) nō  
ob nudam spem evasionis, & sif in fiducia fortitudine. (4) non ob vanæ gloria cō-  
secutionem. Sed (5) propter solam honestatem. Sicut n. omnis virtus solam respi-  
cit honestatem, ita etiam vir fortis solius honestatis gratia operetur. Reliquas cir-  
cumstantias brevitas ergo hic rejicemus.

18. Extrema fortitudinis duo sunt: alterum in excessu, nimisrum Audacia  
quæ est rituum morala quod peccat in excessu circa metum & fiduciam. Notandum  
h.l. quod hoc vitium nomine sit unum, re ipsa v. duplex. Nam continet (1)  
& Prodigia, quæ est vitium morale, quod peccat in excessu circa metum. (2) Bege-  
tūria & audaciam propriæ sic dicunt, quæ est vitium morale, quod peccat in  
excessu circa fiduciam.

19. Alterum in defectu Timiditas, quæ est vitium, quod peccat in defectu circa  
terribilia. Ubi notandum quod Timiditas h.l. non sumatur Physicæ sed Ethicæ,  
non pro naturæ affectu, sed pro virtuoso habitu. Quo etiam referre solent Desperati-  
onem, quæ est vitium morale, quo animus in confidendo deficit, & meruendo  
modum excedit. Tantum est, quod de nobilissima fortitudinae hac  
vice volumus asserre.

IN NOMINE JESU!  
EXERCITATIONUM ETHICARUM  
DISPUTATIO X.

De

# TEMPERAN- TIA.

Quam  
PRÆSES

M. JOHANNES Deutschtinianus  
Jutrebocensis.

ET RESPONDENS  
JOHANNES HENRICUS HELLENIUS  
Oldenburgenis Frisius

proponente publice  
In Auditorio Minori Ad d. Junij  
Horismatutinis.

---

WITTEBERGÆ, Excudebat Joh. Hake, M. DC. LII.



I. N. J.

**T**emperantiam humana vitæ custodem esse, docuit jam o-  
lim suo tempore Plato in Charmide. Nec abs te est  
quod afferuit divinus Philosophus. Hæc enim totius  
vitæ omniumq; reliquatum virtutum non tantum  
condimentum, sed verum re ipsa est nutrimentum. Nullus vi-  
te nostræ status est, nec ulla ejusdem societas, quæ remota  
Temperantia consistere posset. E contra recte judicavit  
Xenophanes: Nihil mali in homine nasci posse, qui Temperantia,  
qua sapientia fundamentum est, amplexus fuerit. Hanc ergo  
Virtutum Holænam ut exemplis observemus & exerceamus,  
jam verbis & certis quibusdam thesibus expōnere libuit. Sit  
ergo sub Temperantia Autore & Fautore Thesis

i. Primam Virtutum Moralius, quam Fortitudinem  
Salutant Ethici, præcedenti disquisitione exposuimus; secun-  
dam in harum Virtutum choro, quam Temperantiam vo-  
cant, præsenti vice proponimus. Ne tamen nostrum ordi-  
nem aliquis vel allatrat vel accusare præsumat, certas hic si-  
stimus rationes, & sic hujq; methodi allegamus probationes. Im-  
mediate igitur Temperantia sequitur Fortitudinem. (1) miti-  
ne obiecti. Quia utraq; circa magnos versatur hostes, eosque  
domare docet. Fortitudo externorum hostium propellit  
violentiam; Temperantia internorum hostium domat con-  
cupiscentiam: illa externam ejicit tyranidem, hæc internâ  
dirigit voluptatem. (2) ratione subiecti. Quia Temperantia re-  
quirit animum constantissimum & ab omni illicita commo-  
tione liberum, in quo maximam cum Fortitudine habet co-  
venientiam; huic siquidem nihil magis videtur dissidium, quæm ingenium inconstans turbatum. (3) ratione modi. For-  
titudo suos exercet labores pugnando, vincendo & trium-  
phando. Temperantia etiam hoc in passu suam sequitur co-  
mitem: unde diligenter & fideliter contra illicitas solet pu-

gnare voluptates, easq; mediocritatis censurā ita gubernare,  
ut nec ullibi deficiant, nec ullibi excedant, unde hac in re  
utramque comparando, Poeta ipsam Temperantiam Forti-  
tudinis nomine non ineleganter nuncupare voluit dicens:  
Fortior est qui se, quam qui fortissima vincit.

Moenia.

(5) natiene effecti. Sicut Fortitudo maximum in repub. usum  
habet, quā sublata nunquam veram potuit servare vel tran-  
quillitatem vel felicitatem vita civilis; ita Temperantia ma-  
xim⁹ est usus sive economici sive politici status spectemus  
administrationem, ita ut verus totius humanæ vitæ custos sit,  
sicut ex Platone supra docuimus.

2. Ordine investigato rem ipsam quoque aggredimur,  
& de Temperantia Virtute duo persequimur, nim. 1. οὐα-  
γλογία, quæ nominis tradit & absolvit evolutionem & 2.  
περιγματολογία, quæ rei ipsius scrutatur naturam. Et  
quia sine cognitione vocis & distinctione ambiguitatis velle  
ad rei considerationem venire, nihil aliud est quam tempus  
perdere, ut habet Galen. l. i. de Meth. c. 5. idē ab illius consi-  
deratione nostrum jam facimus exordium.

3. Onomatologia explicat (1) Etymologiam, secun-  
dum quam Temperantia dicitur à Temperanti, sicut Fortitu-  
do dicitur à forti, unde facile apparet eam dici (1) à subiecto,  
quia in viris Temperantibus reperitur. Non enim qualibet  
moderata actio Temperantium constituit, sicut non omnis  
justa operatio statim ipsa est iustitia. Sed quam vir Tempe-  
rans temperanter instituit operationem, ea demum vera est  
temperantia. Verum cum haec non prima ejus sit derivatio,  
dicitur etiam (2) ab actu sc. à temperando. Temperans n. est,  
qui omnes suas actiones, præsertim in voluptatibus tempera-  
re didicit. Temperare v. significat suo ordine, mensura atq;  
tempore rem administrare, adeoq; omnes circumstantiarum  
classes observare. Et cum verba sint intelligenda secundum  
subjectam materiam, Temperantia vi etymologias nihil ali-  
ud erit, quam censura affectuum, cynosura voluptatum &

men-

mensura inordinatorum appetituum. Hinc Cic. pro For-  
tejo verè dixit. Vir frugi & in omnibus vitæ partibus mode-  
ratus ac temperans, plenus pudoris, plenus officii, plenus re-  
ligionis. Idem in Parad. An temperantem dices, qui in ali-  
qua libidine se continuereit, in aliâ se effuderet?

4. (2) *Homonymia*. Sumitur vox Temperantiae (1) im-  
propriè pro temperantia quodam simulacro, & hac ratione tribui-  
tur etiam brutis, sicut apibus adscribitur Temperantia, quia  
odio habeat unguentis delibitos, aut alioquin à recenti vene-  
re venientes. *Aelian.* l. 5. de nat. anim. c. ii. Item aquile l. 2. c. 26.  
quid sitim patiatur, nec se pulvere voluet, sicut coeteræ faci-  
unt aves. Capitonem pīscem etiam temperantissimum esse,  
tradit idem l. i. c. 3. Cicada etiam dicitur temperans & Acci-  
penser, à quibus orta sunt proverbia: Vivete rote instar Cicadæ.  
Vivere vento instar Accipenseris. (2) genericè & quidem  
duplikeiter: *Vel* quatenus significat virtutem ac moderationē  
omnium affectuum, & sic omnes virtutes sub suo ambitu cō-  
plectitur. *Cic.* l. 5. de Finib. Temperantia est moderatrix omnium  
commotionum. *Vel* quatenus significat virtutem ac modera-  
tionem omnium voluptatum, ut est apud Acciai. l. 3. c. 10. n.  
123. Dubitaret, inquit, quispiam, quod Philosophus videtur  
removere à voluptatibus, quæ sunt secundum visum, auditū  
& odoratum, ipsam temperantiam: verum istæ sunt volupta-  
tes & deberent esse materia aliquarum virtutum & circa eas  
deberet versari mediocritas, & excessus item atq; defectus:  
quæ mediocritas deberet reduci ad aliquam illarum virtutū  
quatuor, quæ sunt capita reliquarum. Non erit a talis me-  
diocritas appellanda prudentia, non justitia, neq; fortitudo:  
relinquitur ergo ut sit Temperantia, & ad eam reducatur, cu-  
jus oppositum videtur sensisse Philosophus. Dicendum ad  
hoc (responder) quod duobus modis accipi temperantia pot-  
est. Uno modo communiter dicta, quæ erit mediocritas circa  
voluptates sensu percipientias: alio modo propriè dicta, quæ  
est mediocritas circa voluptates gustus & tactus in partibus  
corporis determinatis &c: (3) specificè pro illa virtute morali,

quæ gula ac Veneri leges ponit, seu circa voluptates gustus & tactus versatur,

5. (3) *Synonymiam*. Dicitur alias. (1) *Continentia*. A qua tamen differt sicut virtus à semivirtute, sicut habitus à dispositione, sicut perfectum ab imperfecto; & quia continens ex affectu, temperans vero ex electione & consulta operatur, (2) *frugalitas* 3. Tuscul. ubi Ciceron ait: Frugalitatis esse proprium motus animi appetentis regere & sedare, semperque adversante libidini moderatam in omni reservare constantiam. Verum nec hic plena est convenientia, sed differunt ut latius & angustius, ut genus & species. (3) *Modestia*. Sed hac proprie circa honores; Temperantia a. circa voluptates versatur.

6. *Pragmatologia* continet potissimum tria (1) *Definitionem* (2) *Definitionis resolutionem* & *Explicationem*. (3) *Specierum enumerationem*. Definitione apud Aristotelem l. 3. ad Nicom. talis legitur: οὐ προὸν δὲ μετόπη τοῦ ἡδονῆς h.c. ut explicant Aristotelici: Temperantia est virtus moralis, quæ servat mediocritatem circa voluptates, quæ ex cibo potu & venere percipiuntur.

7. Definitionem hanc si resolvimus, & genus & differentiam specificam in ea deprehendimus. Ad Genus pertinet quod Temperantia sit (1) *Virtus*. Hoc siquidem nemo negare poterit, qui saltē prima Ethicæ limina salutaverit. Sive n. autoritatem, sive rationes spectemus omnia pro nostra stant sententia. Autoritas hic est philosophi non uno in loco Vid. l.2. Eth. l. & 7. item 3. Eth. c. 10. l. t. M. M. c. 22. l. 2. ad Eudem. c. g. &c. Autoritas hic est omnium interpretum sive illigraci sive Latini, sive alius etiam gentis. Autoritas hic etiam est omnium aliorum Ethicorum, quia omnes in Temperantia virtuosam agnoscunt naturam. Rationes quod concernit, sive consideremus Virtutis definitionem, sive ejus divisionem, sive ejus constitutionem, sive ejus proprietatem, aut alia etiam, quæ proprius ad virtutem videntur accedere naturam, omnia hæc virtuosam etiam faciunt Temperantiam. Temperantiam ergo veram esse virtutem formiter inde colligere possumus.

8. (2)

8. (2) *Virtus Moralis.* Quod a Temperantia sit virtus Moralis, probatut (1) à Temperantia materia. Qualis n. materia, tale etiam debet esse materialium. Hujus a. virtutis materia sunt voluptates, quæ ex gusto & tactu percipiuntur, & hæ possitimum in hominum actionibus conspiuntur adeoq; immoribus consistere videntur & per consequens harum voluptatum virtus n. Temperantia erit moralis. (2) à Temperantia forma, quæ est *meōōrū*, ut ex definitione cuilibet cōstat potest. Mediocritas a. hac formale virtutis Moralis cōstituit. Ubi ergo est virtutis moralis proprium formale, ibi etiam illius virtutis est natura. Atqui in Temperantia est illius virtutis formale. E. (3) à Temperantia difficultate. Sievit n. Virtus moralis difficillima res est & difficillime propter miram circumstantiarum varietatem observatur: ita etiam Temperantia nihil est difficilior. Hinc ille Menedemus, cum juvenis quidam dixisset: Magna res est assequi, quæ quis desiderat, dixit: Multo major est, omnino non desiderare ea, quibus nihil indiges. (4) à Temperantia preciositate. Preciosissima res virtus est moralis, nec ulli cedit Temperantia. Hinc Agesilaus rex dixit: Præstantius duco, ut quis sibi ipsi libertatem servet, quam ut aliis libertatem adimat. Intelligit enim neminem esse liberum, qui serviret cupiditatibus: intellexis nullum esse imperium speciosius, quam si quis animo suo posset imperare.

9. *Differentia continet tum objectum tuum formale.* Objectum est vel internum n. amor & cupiditas voluptatum. Quod n. Temperantia circa aliquod internum objectum versetur, patet. (1) ex Temperantia etymologia. οὐΦεύν γρæcis dicitur q.s. οὐδὲ νατὰ τὴν φέύα, salvus & incolumis quoad animum. Si igitur hanc animi nostri incolumitatem tueri volumus per Temperantia virtutem, ut temperantia nostrum excolat animum necessum est. (2) ex Temperantia natura, quia est Virtus. Omnis autem virtus circa interiores affectus est occupata. (3) à Temperantia synonymis. Dicitur n. libidinum medicina, voluptatum censura. Libidines a. & voluptates in-

facul-

facultate animi appetitiva suam habent sedem. Ergo ibi etiam suum elaborabit objectum Temperantia. (4) ex Temperantia energia. Internas n. easq; eximias habet Temperantia operations, quæ internum ejus objectum aperte arguant.

10. Vel Externum quod iterum vel primarium ut sunt voluptates. Ubi tamen notandum, quod non sint intelligenda, (1) voluntates naturales, quatenus de perfectione sua & integritate gaudet, latetur & exultat natura, quod mens sana sit in corpore sano. (2) neq; morales, quas homo virtuosus ex virtutis actione percipit. Sed (3) animales, non quidem omnes sed illæ potissimum, quæ in gusto & tactu reperiuntur. Dicuntur ha. voluptates corporis non ratione efficientes, quasi corpus sine anima posset ejusmodi voluptates producere. Né corpus absq; anima est aude materia, operationes a. non à materia sed à forma solent promanare. Neq; ratione perceptio, quæ solum corpus absq; anima illas posset percipere. Nam ut in corpore inanimato nullus datur sensus, ita nulla ibi reperitur perceptio. Sed corporis dicuntur voluptates (1) ratione proximi subiecti, quia proximè à corpore recipiuntur & in membris corporis existunt. (2) ratione instrumenti quia per instrumenta corporea excentur. (3) ratione effecti, quia in corpore suas habent ἐνέργειας. (4) ratione discriminis, ut distinguantur hac ratione à voluptate homella, à voluptatibus animi. (5) ratione communitatis, quia etiam bestiis sunt communes.

11. Quo loco & illud notandum, quod Temperantia non eodem modo circa voluptates gustus & tactus versatur, sed magis suam exercet vim erga voluptates tactus quam gustus. Probatur hoc (1) ex tactu communitate. οὐκοντίην ἀπὸ τὸν εἰδήσατε inquit Arist. l. 3. c. 10. per totum liquidem corpus hic sensus diffunditur, ac proinde eo magis requiri medicinam, quo latius suam extendit energian. (2) ex instrumentorum plurilitate. Plurima enim tactum percipiendi in corpore inveniuntur instrumenta, & tamen in unoquoque facile

facile mediocritatis regulam transilire possumus. Quo<sup>e</sup>. plura sunt instrumenta, eo magis sui directionem atque usurcationem requirunt. (3) ex difficultate. Virtutis q. est circa difficultas versari. Longe a. difficilior est resistere illis voluptibus, quæ ex tactu oriuntur, quam his, quæ ex gusto percipiuntur. Siquidem illarum plenior, harum minor est perfructio, id quod duplice confirmat exemplo Philos. d. l. (1) eoru, qui vina cibos & obsonia explorant gustando. Hi n. leviter dantaxat & quasi primoribus labore illa attingunt, qua in re aut nulla aut per exigua certe est voluptatis perfructio (2) exemplo Philoxeni, qui ut plenius voluptate gustus perfrui posset, optavit sibi hic obsoniorum gurges atq; heluo, ut ipsum d.l. Aristot. vocat, collum longius quam gruis, eo ipso innuens longe maiorem & diuturniorem esse voluptatem tactus quam gustus. (4) ex peccatorum circa tactum plenitate. Nam indicet magis peccatus circa tactum, quam circa gustum. Ex quo a. sensu majora & plura surgunt peccata, is etiam eo magis curandus. Atqui de tactu verum prius E. Et per consequens Temperantia magis versabitur circa tactus, quam circa gustus voluptates. (5) ex exiguo gustum percipiendi difficultate. Gustus n. per se nullam videtur afferre voluptatem initiatione tactus, per quem gustus suam accipit voluptatem & sit jucundus. Quamdiu siquidem cibus & potus attingit linguam & palatum, harumq; partium nervos & membranas, quæ tactus sunt instrumenta, tamdiu etiam sapores percipiuntur & ex saporibus voluptatem concipiuntur. Propter quod a. unum quodq; est tale, illud magis est tale. Jam gustus fit voluptatis officina propter tactum. E. tactus magis est talis. Gustus propter tactum fit objectum temperantie. E. tactus voluptates magis sunt objectum temperantie.

12. Secundarium Temperantiae objectum sunt Dolores.  
Probatur (1) auctoritate Arist. l. 3. c. 10. ἡ τον γδ εγγέχ δροιας θεσ  
ωθι της λυτρωσ. Idem assert. l. 1. Magn. Moral. c. 22. (2) mis-  
sione: quia absentia voluptatum homini intemperanti afferet  
dolorem. Dolet n. se non posse frui voluptatibus, qua res  
ei afferet dolorem. Intelligendi a. hic sunt Dolores non o-  
mnes, sed illi tantum, qui ex nimio desiderio voluptatum vel  
illarum privatione sunt orti. Tandem notat Acciai. l. 3. Eth.  
c. 10. n. 126, quod aliter in actibus circa dolores se habeat fortis-  
tudo, aliter temperantia, aliter intemperantia, aliter Timi-  
ditas. Fortis n. aut non dolet, aut non plus quam oportet  
dolet, cum absunt ea, quae dolorem afferuntur. Temperans  
non dolet, cum absunt ea, quae voluptatem afferuntur.  
Tunidus dolet præsentia eorum, quae, dolo-  
rem afferuntur. Intemperans dolet absentia eorum, ex qui-  
bus habet voluptatem.

13. Formale Temperantiae consistit partim in mediocris-  
tatis regula, quæ varias circumstantiarum classes examinat &  
observat (1) Subjecti, quod differt partim ratione ætatis, quia a-  
lia voluntates pueris, alia senibus convenient. Partim mitio-  
ne statutus: ita aliis voluptatibus gaudent principes, aliis ructici.  
Partim ratione sexus. Ita mulieres muliebres, viri viriles ex-  
petere debent voluntates. (2) Objecti. Aliæ siquidem vol-  
uptates sunt honestæ, alia inhonestæ. Honestas tantum expe-  
tere voluntates oportet, iisq; præsentibus moderatè uti; ab-  
sentiibus v. non in moderate dolore, aut nimio earum deside-  
rio teneri. Ita temperans potest necessarium cibum & potū,  
licitam & honestam Venerem convenienter ætate expetere,  
illisq; acquisitis moderatam percipit voluptatem. Non a.  
illicitis debet appetere voluntates, quia ut habet Arist. l. 3. c. 11.  
ο στό Φρουρώ γάχ ήδεται, δις μάλιστι ο αιχόλασος, αλλά μάλι  
ν δυχεράνει, επε δλως δις μη δει. επε σΦόδρα ποιετω ήδει,  
επε διπέν, ων λυπηταρ. (3) Modi, qui variis ab Arist. exprimi-  
tur

tur particulis 3. Eth. ii. usurpat (1) μέσως : ὁ οὐφεῶν μέσως  
ωξι ταῦτη ἔχει. (2) μετρίως. Dicit n. εδοθεῖται η μετρίως.  
Et ad Eudem. c. 22. exprimit hunc modum itidem 2. particu-  
lis (1) ὀλίγως (2) ὅρθως. Quibus omnibus indicare voluit.  
(1) μεσότητα s. mediocritatem veram esse observandam (2)  
μετρίως vel secundum legitimam mensuram voluptates esse  
usarpandas (3) ὅρθως restat rationis esse adhibendam. Hac  
n. nisi quis adhibuerit, veram temperantiam habere non po-  
terit. (4) finis. Hic est varius (1) honestatis. Sicut enim  
enes virtutes honestatem semper respiciunt, eandemq; in o-  
mnibus suis actionibus sequuntur: ita etiam Temperantia ho-  
nestatis sequitur normam & ad eandem in omnibus  
suis actionibus tanquam ad scopum certum collimat.  
(2) Valitudinis s. sanitatis: ut eas saltē appetat voluptates,  
quæ aut sanitatem conferunt, aut saltē eandem non impe-  
diunt. (3) Existimationis. Nec n. famam aut existimatio-  
nem in voluptatum studio negligere potest, cum fama & vita  
pari passu ambulare dicantur. Reliquas circumstantias nim-  
quantitatis, facultatis, tēporis, loci &c. brevitatis ergo hic ex-  
plicare non possumus.

14. Partim in vitiōrum figura. Duo circa Temperan-  
tiam occurant vitia, alterum in excessu Intemperantia, que  
est vitium morale, quod in excessu peteat circa voluptates. Alte-  
rum in defectu nim Stupiditas, que est vitium morale, quod pec-  
eat in defectu circa gustus & tactus voluptates. Hoc vitium pro-  
prio alijs caret nomine, à Philosofo tamen, ut declareretur  
quoad fieri potest, vocatur insensibilitas, quæ in admodum  
paucis reperitur, quia non videtur esse humana: cum homo  
principium sentienti habeat commune cum alijs animalibz  
& cum alia animalia convenientes & inconvenientes cibos  
discernant, illos appetant, hos fugiant, multo magis homines  
hoc facere videntur, qui ratione sunt prædicti. Unde tales ho-  
mines non facile reperiuntur, paucissimia, hoc pacto insensi-  
biles

biles erunt, qui (ut inquit Cicero) aspernentur oculis pulchritudinem rerum, non ordine ullo, non tactu, non sapore capiantur, excludant auribus omnem suavitatem &c: Intelligenda a. h.l. potissimum insensibilitas circa voluptates gustus & tactus, cum media & extrema circa eandem debeat versari materiam. Temperantia a., medium a. ~~moderatio~~, circa voluptates gustus & tactus versatur, ut supra exposuitur.

15. Species Temperantie h.l. non explicamus, sed tantum breviter enarramus. Temperantia dividitur in frugalem & castitatem. Frugalitas, quæ circa cibum & potum versatur, habet alias duas species, nam, Abhimentiam mediocritatem circa cibum; Sobrietatem, circa potum. Castitas a. c. Temperantia quæ servat mediocritatem circa Venerem.  
Et hæc de Temperantia dicta signo.

**E**st sacra lux Virtus, mentes collustrat opacas,  
Et dar splendore præmia magna Viris.  
Auræ Sopbrosynæ virtus ut optima luce,  
Oppida luce sacrat, luce beatq; domos.  
Sopbrosynæ lumen mentes & corpora servat;  
Ast densis tenebris vina Venusq; nocere.  
Splendida Sopbrosynæ HELLENI lumina captas,  
Quæ duce salvus eris! quæ duce doctus eris!  
Honoris ergo  
addebat

PRÆSES.

**N**ata Jovis Pallas fertur sine matre Potis;  
Sed mihi Sopbrosynæ filia Pallas erit.  
Sit pater im celis, generrix tamen amata Minerva  
Sopbrosynæ virtus, dæq; foveretq; saphos;  
Sponsus erit Nata, fuerit qui Mateus arriens  
Sic Sophia Helle tua est, dum tua Sopbrosynæ.  
Ita sympatricta suo animitu gratulabatur  
Anthon Gunther Hartken, Oldemb. Frisius,

32

IN NOMINE JESU!  
EXERCITATIONUM ETHICARUM  
DISPUTATIO XL

Des

# LIBERALITATE

*Quam*  
PRÆSES

M. JOHANNES *Deutschmann*

Jütrebocensis Saxo.

ET RESPONDENS

JOACHIMUS CHRISTIANI, Neo. Brandenburgensis Marchicus


*publice propenunt*

Ad d. 15. Novemb. Horis pomeridianis  
In Auditorio Minoris.



WITTEBERGÆ,  
TYPIS JOHANNIS HAKEN, M.DC.LL

IN NOMINE IESU  
EXERCITATIO IN ETHICA ROMA  
DISSENTIENS ZE  
LIBERALITATE  
TRINITATIS  
M. IOHANNES SCHULZIUS  
ACADEMIA SAXONIAE  
SCULP. W. SCHLICHT  
IMP. M. NOVUM MONSTRUM  
IN LIBRARIIS F. H. T.  
1710



I. N. J.

**E**xplatis virtutibus, quæ in bonorum corporis perfectione consistunt; ad eas jam recta viâ progredimur, quæ bonorum fortunæ cursum dirigunt & perficiunt. Duo a, fortunæ bona se se potissimum nobis offerunt, *divitiae* scilicet & *honores*. In utrisq[ue] coercendis & componendis virtutes sunt occupata. Cum a, *divitiae* vel sint mediocres, vel majores; circa illas versatur *Liberalitas*, circa has *Magnificentia*. De illâ hâc vice sumus acturi.

2. Cum de questione, *An sit*, nullum possit oriri dubium; siquidem reclamaret ipsa experientia & Ethicorum otium *όμοψης*; cumque etiam de iis, quæ sensibus sunt obvia, nequaquam sit dubitandum; eam præsupponimus, & statim nos ad ipsam definitionem convertimus. Definitur autem *Liberalitas*, quod sit *virtus moralis*, quæ servat mediocritatem in pecuniis modicis dandis & accipiendo.

3. Definitionem sequitur *Definitionis explicatio*. Continet autem ea partim *Definitum*, partim ipsam *declarationem*. Definiti enodatio tribus absolvitur membris: (1) *Etymologiâ*: Secundum hanc liberalitas dicitur à libertate seu à libero. Denominatio hæc desumpta est. (2) *Subiecto*, quia hæc virtus dignissima est homine libero, & ingenuo, neque inservilibus reperitur subiectis. (3) *Ab Objecto*, quia circa res honestas & liberas versatur. Non enim is liberalis censendus est, qui coactè aut ob alias causas solet erogare eleemosynas, sed qui ex liberrima voluntate beneficentiam aliis exhibet. (3) *Ab effectu*: quia hæc virtus à servitute divitiarum, plus quam Ægyptiacâ, nos vindicare & in auream libertatem afferere solet. Quid enim aliud est avarus, quam divitiarum servus? Unde Sophocles dicit *Φιλάργυεν τὸ μὴ βαρεῖσθαι ψυχή*. Avarū esse, turpissimum barbarorum genus est. Et Cicero inter alia mancipiorum generis etiam avaros recenset *Pand. 5*. Nam si omnia obediunt pecunia, avari vel maximè eidem dicuntur obedire & inservire, ut rescribat Virgil. Auri sacram famem Mortalia pectora cogere. Li-

A

bera-

beralitas a. reddit nos liberos & ab hac turpissima servitute turfi-  
mos. Unde verè ipsi & libertatis & liberalitatis nomen convehi-  
re videtur. (4) ab exercitio: Dare & accipere libertatis sunt actus.  
Jam a. & datio & acceptio sunt actiones libertimæ. Dat vir liberalis  
liberè, quia dat ex virtutis amore; dat liberè, quia dat expedite  
& promptè; dat liberè, quia dat sine omni recompensatione. Si  
autem datio est libera, etiam acceptio est libera. Vulgo quidem  
dicitur: *Beneficia accipere est libertatem vendere*. Sed hæc non at-  
tendit vir liberalis, qui non propter utilitatem, sed honestatis gra-  
tia suas spargit divitias. Emerere & vendere non sunt virtus fo-  
rum, sed mercatorum. (5) à proprio; quia dat libenter & sine omnī  
dolore, ηδέως καὶ ἀλυτως. Nam quemadmodum hominis est  
liberi semetipsum regere, ire quo velit, redire unde velit; Ita quoq;  
viri est liberalis, libere cuivis dare, & quidem maximā cum volu-  
ptate sine omni dolore. (6) à reliquarum linguarum consensu. Græ-  
cis ἐλεγιότης liberalitatem significat; ἐλεγέται autem & li-  
bertatem & liberalitatem denotat. Utrumq; tamen dicitur  
τὸ τοῦ ἐλεγέτης quod latinis liberum dicitur. Hui collacteum  
est, quod Germanis hæc virtus appelletur *die freygebigkeit*/  
quæ vox non aliunde, nisi à *libero donatione* suam habet originem,  
cum id clarissime apices & syllabæ videantur sonare & probare.

4. (2) Homonymia. Sumitur vox liberalitatis, (1) populariter  
pro quavis pecuniae erogatione, quæ à quibusvis sine circumstan-  
tiarum respectu instituitur, interdum etiam justo largius. Sic vul-  
gus etiam prodigos appellatae solet *liberales*. (2) Generaliter; qua-  
tenus significat omnem donorum distributionem, quæ sit legiti-  
mo modo. Qua ratione includit Magnificentiam. Sic liberalitas tri-  
buitur Dœo. Officium, inquit Seneca lib. de beneficiis, *liberalitatis*  
est, omni potenti dare, Deos imitari. Si Deos imitaris, da etiam ingra-  
tia, nam & sceleratis sol oritur & piratis mariapatent. Et Sic liberalitas  
etiam dicitur virtus viro principe digna, ut Corn. Neps de Cimone  
plurima liberalitatis officia recenset, que potius ad Magnificentiam  
spectare videntur. (3) specialiter pro habituali medioecrum  
pecuniarum erogatione, in qua certus circumstantiarum ordo at-  
tenditur: & ita quoad secundam alijs virtutibus, quoad postremam  
significationem Magnificentæ liberalitas contradistinguitur.

5. Sy.

5. *Synonymia*: Varias n. hæc virtus apud autores sortitur appellations, quales sunt *Beneficentia*, *Benignitas*, *Benevolentia*, *Parfimonia*, *largitas*, *Munificentia*, *facilitas* &c. Item è *εὐεργασίᾳ*, à *ἀρετῇ*, & quæ alia elogia passim apud Latinos & Græcos autores sunt obvia.

6. *Definitio* constat tum genere & differentia. *Genus* est *virtus moralis*. *Virtus* dicitur (1) ab *objeto*. Nam circa talia versatur objecta quibus facillime abuti solent homines. Jam a. bene uti iis, quibus abuti possumus, ad virtutem pertinet. (2) à *proprio*. Ardua n. & difficillima res virtus est. Sed & hæc maximam parit difficultatem facultates maximo labore & sudore partas alijs distribuere. (3) à *divino elogio*. Nam & *sacra* & *profana* literæ multæ sunt in celebranda & cōmendāda liberalitate, ut inde colligere sit promptissimum aliquid divinitatis & excellentiæ in eadem latere. (4) à *duplici extremo*: Nam ubicunq; duo dantur extrema, alterum in excessu, alterum in defectu, ibi datur mediocritas. Atqui circa mediocres divitias datur in excessu prodigalitas, in defectu avaritia. E. Alias probationes brevitatis ergo hic omittimus, quales sunt à virtutum definitione, divisione &c.

7. *Monalem esse* patet. (1) ex ipsa *appellatione*. Sicut enim libertas potissimum in moribus & actionibus conspicitur; ita etiam liberalitatis virtus non nisi moralis censeri debet. Dicitur etiam *Beneficentia*, *Munificantia*. Facere autem, in moribus consistit. (2) ex *liberalitatis exercitatione*. Actus liberalitatis non sunt interni, sed externi. Nam dare & accipere propria sunt viri liberalis officia, neutrum autem extra mores potest ulla ratione constitui. (3) ex *divitiarum consideratione*. Divitiae enim sunt materia circa quam occupata est liberalitas. Jam autem divitiae extra hominem sunt constitutæ, ut illas solis externis moribus homo, vel dare, vel accipere possit.

8. *Differentia* desumitur tum à *formali* tum à *Materiali*. *Materiale* est *internum* & *externum*. Dicitur enim in definitione, quod liberalitas versetur circa pecunias modicas nimirum, partim eas interius appetendo, partim exterius administrando. *Internum* igitur *objecatum* est ipsa cupiditas divitiarum; quod probatur. (1) à *liberalitatis conditione*. Esterum liberalitas bonum interius, bonum a-

nimi, ut ergo interius aliquod objectum habeat necessum est. (2) *A virtutum consideratione*. Omnes enim virtutes in affectibus dirigidis & conformandis sunt occupatae; cum affectus in Ethicis sint materia circa quam virtutes versantur: Ja, quia liberalitas est virtus, habebit etiam affectum aliquem, quem corrigat & dirigat. (3) *ex oppositorum cum mediocritate conformitate*. Nam circa quod extrema versantur, circa illud etiam ipsa mediocritas occupatur. Atqui e. g. avaritia non tantum externus pecuniarum raptus, sed etiam internus earundem appetitus est. Hinc dicitur *Φιλαργυρία*. Quæ vox amorem seu cupiditatem divitiarum notat. E. etiam liberalitas circa interiorem appetitum occupatur. (4) *A cupiditatis bujus veritate*. Verè enim talis pecunia cupiditas hominibus ingenita est, cum secundum Plin. I. I. Ep. 6. homines ad custodiam pecunia restrinxerit. Et ut habet Terent. in Andr. Omnes sibi melius esse malint, quam alteri. Hinc omnino opera danda est, ut hanc cupiditatem ita moderemur, ne vel in excessu vel in defectu aberremus, sed pecuniam, ut decet, diligamus & retineamus, pecuniam etiam, ut par est, erogemus & distribuamus.

9. *Externum objectum* sunt τὰ χρήματα. Circa hoc potissimum 2. notandæ sunt quæstiones: (1) *An τὰ χρήματα* sint legitimum liberalitatis objectum? Affirmativam una cum Aristotele probamus. Ille probat triclii potissimum fundamento: (1) ab Adjuncto: Nam propter quam rem laudatur vir liberalis, illud etiam objectum liberalitatis constituit. Atqui propter rectam pecunia administrationem laudatur vir liberalis. Ergo. Major constat; quia laus virtutis proprium est; à proprio autem ad ipsam rem argumentari omnino concessum est. Minorem probat Arist. I. 4. c. I. *Laus*, inquit, hominis liberalis non versatur in rebus bellicis, neg. in ijs, quibus commendatur temperans, neg. rursus in judicis: sed in dandis accipiendo pecunia. (2) *Ab utroq. extremo*. Objectum enim extremorum etiam est objectum mediocritatis seu virtutis. Sed extrema Liberalitatis peccant circa pecuniam. Ergo &c. Majoris firmitas clara est, quia idem est materiale extremorum & mediocritatis, diversu a. formale. Si n. aliud esset extremorum, aliud mediocritatis objectum, non esset extremorum mediocritas virtus, nec excessus & defectus

defectus essent mediocritatis extrema ; quod tamen est absurdum.  
Minor est Aristot. d. l. Porro , inquit , *Proflatio & illiberalitas seu avaritia sunt circa pecuniam , excessus & defectus*. Atq. illiberalitatem quidem semper ijs adscribimus , qui nimium sunt pecunie Studiosi . Assitus autem propriè is videtur esse , qui uno affectus est vicio , nimirum eo , quod est rem familiarem perdere ac dilapidare . (3) ab Efficiente . Quæ virtus facit , ut rectè pecuniis utamur , illa etiam circa pecuniam versatur ; quia cuiuslibet rei verus usus proficitur à propria ejus virtute , cum alias omnibus rebus , quarum usus aliquis est , & recte & perperā uti possimus . Atqui liberalitas hoc ipsum præstat . Ergo His subiungimus & ipsius Aristot. testimonium ex l. g. Eth. c. i. Ecquis , inquit , *usus est divitiarum & abundantie sublatâ beneficentia* . ?

10. (2) Quid potissimum τὸν χρημάτων appellatio h. l. denotet ? R. non sumitur h. l. pro pecunia propriè sic dicta , qva significatur moneta , Regis vel principis alicujus sigillo ornata & ad rerum commutationem deputata ac confirmata . Sed τὸν χρημάτων nomine omnes possessiones & facultates , quæ usui esse & pecunia estimari possunt , intelliguntur ; id quod patet . (1) ex originatione . Χείραρχοι τῆς χρήσεως ab usi ipsam fortiuntur appellationem . Unde etiam ea omnia conjungunt , quibus in vita uti possumus . (2) à Liberalitate descriptione : *Liberales igitur erunt* , inquit Cicer. l. 2. Off. qui suis facultatibus aut captos a predonibus redimunt , aut as alienum suscipiant amicorum causâ , aut in filiarum collocatione adjuvant aut opitulantur , vel in re querendâ , vel augendâ . (3) ab Aristotelis approbatione : inquit ipse d. l. χρήματα ἐλέγοντεν , οὐτοὶ δὲ οἰκία νομίμων μεργέτας . Quo spectare videntur agri , domus , tauri , prædia & aliae possessiones . (4) ex absurdâ consecutione . Si enim sola pecunia esset objectum liberalitatis , hic non esset liberalis , qui nudis vestimenta , famelicis alimenta , aut aliis alia charitatis officia exhiberet ; quod tamen maximè esset absurdum .

11. Formale liberalitatis consistit partim in objecti tractatione , partim in mediocritatis observatione . Illa penitus est necessaria & conspicitur partim in dando partim , in accipiendo : (1) à divitiarum conditione . Dupliciter enim possunt considerari , vel ratione κτησίως , vel ratione ξενίως , l. ratione possessionis , vel usurpationis . Ut enim

enim κτῆσις respicit divitiarum ληψιν & Φυλακήν : ita easundem  
χρησίς respicit τὴν δόσιν καὶ δαπάνην. (2) ab extremorum consideratione.  
Avarus enim dicitur non tantum is, qui nihil dat, sed etiam  
qui plus accipit, quam decet, qui omnia undique corradit, ut pluri-  
ma bonorum possideat. Ita eadem ratione is, qui in accipiendis di-  
vitiiis modum observat, erit liberalis, quam qui in pecuniarum di-  
stributione certas circumstantias solet attendere. (3) ex Aristotelis  
testimonia, qui dicto loco scribit liberalitatem esse virtutem φθιδό-  
νην χρημάτων καὶ ληψιν circa dandas & pecunias occupatam.

12. Annotandum tamen h. l, quod liberalitas potius in dandis  
quam accipiendis divitiis sit occupata, idq; confirmatur (1) ἀπὸ τῆς  
χρήσεως πρεσβατία: longe enim præstantior est usus, quam posses-  
sio. Hinc Artaxerxes Longimanus Rex Persarum dicere solitus est:  
Regium magis est adjicere aliquid, quam adimere. Item Ptolemaeus  
Lagus Rex Ægypti, melius esse ditem facere, quam ditescere. Virtus au-  
tem magis versatur circa nobilia, quam circa ignobilia, versatur  
etiam magis circa largitionem, quam circa acceptancem; cum usus  
divitiarum sit sumprus & datio, acceptio vero & custodia sit potius  
quarentis & possidentis, quam utentis. (2) à virtutis proprio. Vir-  
tutis enim magis proprium est εὖ ποιεῖν quam ἐὖ πάρεχεν, καὶ τὰ  
καλὰ πρέπειν μᾶλλον, ἢ τὰ πάρεχεν μὴ πρέπειν. Illadantis, bee  
vero accipientis sunt. (3) à virtutis consequente. χαρεῖ seu gratia  
& εὐαγγέλιο, seu laus sunt virtutis consequentia. Jam autem gratia  
& laus non accipientem sed erogantem beneficium sequuntur. (4)  
à virtutis difficultate. Tendit ad ardua virtus, eademq; sudore para-  
nda est. Jam facilius est accipere, quam dare. (5) Ab experientia: Li-  
berales enim dicuntur ii, qui erogare solent divitias, non vero, qui  
accipere solent beneficia.

13. Mediocritas consideratur vel αὐλακός, ratione circumstantia-  
rum, vel γενίως, ratione extremorum. Αὐλακός quando considera-  
tur, variae attendenda sunt circumstantiae, partim respectu dantis,  
partim respectu accipientis. Respectu dantis occurrit. (1) persona, In  
persona respicimus partim statum, partim animum. Status tripliciter  
potest considerari. I. ratione aetatis. Sic pueri & impuberis non  
possunt liberalitatis esse studiosi, quia nondum ad iustam perven-  
iunt aetatem, neq; propria possident bona, aut in sua sunt potesta-  
te. Vir

te. Vir igitur liberalis justam habeat etatem necessum est. *H. naturae libertatis*. Ita servi non possunt esse liberales, cum non sint liberi. Liberi enim & ingenui est hominis liberalitatem exercere. *H. ratione sanitatis*. Sic illi, quibus mens sana est, possunt esse liberales; qui a. sunt stulti, furiosi & alio modo corrupti, ut furiosis non sint absimiles, illi ab hac virtute penitus sunt exclusi. Deinde etiam animus in voto liberali est spectandus, cum in ipso donatione non tam respectus habeatur doni, quam animi, non tam quantitatis quam voluntatis. Unde eleganter Seneca lib. 3. de Benef. scribit: Multum interest inter materiam beneficij & beneficium. Itaque nec aurum, nec argentum, nec quicquid eorum, que a proximis recipiuntur, beneficium est, sed ipsa tribuens voluntas. Imperiti autem quod traditur solum, vocant beneficium. In animo autem dantis, quædam requiruntur ante liberalitatis actum, quædam in ipso actu quædam post actum. Ante actum requiritur. (1) modestia. Multi quidem proximo suam non denegant opem, antequam autem ferant ipsis auxiliatrices manus, solent Thrasonicâ quadam superbiâ vel suas decantare laudes, vel multas meditari fraudes, vel omnes accipientis reprehendere & taxare actiones, imo interdum majores praescribere leges, quam ipsa benefacta videbantur postulare. (2) prudentia. Hæc enim si absfuerit, nullam donatio liberalitatis speciem habere poterit. (3) celeritas. Nam ante omnia propensum & promptum ad beneficiendum gerat animum necessum est, quicunq; liberalitatis studiosus vult haberi. Verum siquidem est illud vulgatum proverbium:

Bis dat, qui cito dat, nil dat, qui munera tardat.

Hinc maximis effert propter hanc beneficiorum promptitudinem laudibus Cimonem Athenensem Cornelius Nepos, quod semper cum pedissequi cum nummis sint securi, ut si quis opis ejus indigeret, haberet, quod statim daret, ne differendo videretur negare. In actu etiam sic celeritas, cum, ut Seneca testatur, ingratum sit beneficium, quod inter manus dantis dies habet. Celeritati conjuncta sit voluptas. Nam hilarem datorem ipse Dominus diligit. Et sicut omnes virtutes cum voluptate sunt coniunctæ: ita etiam ipsam liberalitatem comitantur voluptas, quia vir liberalis libenter absq; molestia & dolore cu quædam animi jucunditate beneficium confert. Unde hæc duo

Senecæ

*Seneca l. 2. de beneficiis c. i. conjungit nim. celeritatem & voluptatem dum inquit: Omnis benignitas properat, & proprium est libenter & cito facientis. Post liberalitatis actum requiritur in animo liberalis oblio-  
vio. Nam si bene quid facias non meminisse fas est, inquit Ausonius. Et Chilo Lacedæmonius dicere solitus est: Beneficij dati oblivisci de-  
bet, accepti meminisse. Non igitur viro liberali adsit beneficiorum exprobratio neq; nimia eorum prædicatio.*

14. Deinde quoq; attendenda est in dante *Qualitas*. Sic danda sunt necessaria, utilia & honoraria. Quoad quantitatem observetur *dantia facultas*, accipientis egestas, ejusdemq; dignitas. Tempus oportu-  
nitate & celeritate mensuratur. Locus sit partim publicus, si accipi-  
entis honor possit amplificari: partim privatus, si egestatem ejus ve-  
limus sublevare. Finis liberalitatis, non sit inanis gloriae cupiditas;  
neq; propter quæstum aut turpem avaritiam, neq; propter favorem  
conciliandum, neq; propter alios fines, nisi proprie solam hone-  
statem hujus virtutis possumus esse studiosi. Eadem etiam ratione  
Accipiens ut certas observet circumstantiarum classes necessum est,  
eas tamen uberiori hâc vice explicare non possumus, cum brevitatis  
habere rationem debeamus.

15. Quod *Extrême liberalitatis* concernit 2. eorum numerantur.  
Alterum in *Excessu*, & dicitur *Prodigalitas*, qua est vitium morale,  
quod peccat in excessu circa sumptus minores. Quoad appellationem pro-  
digalitas dicitur à prodigendo: sicut Græcorum ἀστορία dicitur ab a-  
part. σεπητική, & σωζω seruo, quia prodigi facultates & possessiones  
suas nō servant, sed temerè profundūt, adeoq; non servant pecuniā,  
nō servant viçum, non servant amictū; consequenter etiam non  
servant vitam, neq; seipsos, quia necessaria ad vitam sustentandam  
instrumenta ultrò projiciunt. Quoad *objectum* versatur,  
ut liberalitas, ita etiam prodigalitas circa sumptus minores, cum ipsi-  
us liberalitatis & non aliis rei sit excessus. Quoad proprium actum,  
peccat in excessu, non quidē ratione materie: nā interdū etiam libe-  
ralis majora solet distribuere beneficia, nec tamen propterea repre-  
hensionem incurrit: ita magnificus etiam ratione objecti solet su-  
perare prodigum & tamen expers cuiusvis criminis habetur: sed na-  
tione forme, quatenus prodigus mediocritatem neglit, neq; ullam  
circumstantiarum rationem attendit, nam hac ratione facile ex-  
cessum

**e**cellum committit. Quo loco & illud notandum, quod prodigus non saltem excessum ratione docet; sed etiam deficitum ratione utriusque seu ratione acceptationis committat. Unde Prodigalitas solet distinguai in simplicem & mixtam. Illa eorum, qui temerè absq; ullo suo cominodo bona in res quaslibet profundunt, nihil à vicissim ab alijs accipiunt. Hanc v. illi excent, qui non solum in dando modum excedunt, sed etiā in accipiendo sunt injusti, dum per fas & nefas alijs eripiunt, quae inuste & immoderate alijs distribuere possint.

16. Alterum in defectu, & nuncupatur Avaritia, que est vitium morale quod peccat in defectu circa sumptus minores. Hec longe dexterius est vitium quam prodigalitas, id qvod patet. (1) ex majori bujus cum liberalitate conformitate. Propius n. ad eam accedit, quia & liberalis & prodigi est dari; auari v. accipere. (2) ex majori utilitate. Nam prodigi pluribus sunt usui & commodo, quam avari. (3) ex correctionis facilitate. Facilius n. corrigitur prodigi, si sc. inopia premantur, quam avari, qui ex firmo animi proposito videntur peccare: unde Avaritia dicitur vitium incurabile & insanabile. (4) ex subiecti qualitate. Prodigi n. plerumq; sunt juvenes; avari v. senes, adeoq; multo majorem reprehensionem incurunt. Alias rationes si quis desiderar, adeat Ethicos, nos disputati-

onem nostram concludimus.

**D**istribuit bona multa Deus dat munera cunctis,  
Fortunæ species, corporis atq; bona.  
Ipse Deus quoq; iussa dedit, quo liber ab omni  
Turpis avaritia crimen vivat homo  
Dogmata virtutis, quæ xpñia cuncta gubernat.

Talia restaurant simus ut usque probi.  
Jussa DEI, precepta Ethici si sic conjungis, Amice,  
Gratus eris Domino, gratus erisque probis.

Honoris & Amoris ergò appon.  
M. ANDREAS Müller Pom. Eccl.  
Witreb. Diaconus.

Ad

*Ad Eximum atq; Prestantisimum Dn. RESPONDENTEM  
Amicum suum per dilectum.*

**E**thica naturam sequitur, quæ munere multos  
Afficit, ut fiat munere promptus homo.  
Talja dum repetis, Fautor, certamine docto,  
Monstras mentis opes, artis honore viges,  
Spes Patris & Patriæ, Magni Patris æmula proles,  
Sic tibi Miltiadis magna trophæa paras?  
Gratulor his ausis, conjungat maxima votis  
Pondera, qui studiis usque favere solet,  
*Ita precabatur*  
**M. JOHANNES Deutschman.**

---

*Eximo, Prestantisimo atq; Humanissimo Dn. RESPONDE-  
NTI, Amico, sympatheti & contubernali quondam dile-  
ctissimo de primis hinc Academicis publicis*

**E**n Sophiæ miles novus! En tenumina prima!  
Num Sophicæ turba bella movere studes?  
Quid valeant humeri, tua quid conamina præstent,  
Tentas, dum Cathedram scandis, & ore doces,  
Laudo tuum studium, specimen, conamina laudo,  
Et simul auspiciis gratulor hinc tuis.  
Perge tuis studiis in altere, perge favere,  
Multi, si perges, præmia magna feres.

*gratulatur*  
**M. JOHANNES FABRICIUS,**  
*Brandenburgo-Marchicus.*

[+]

D

33

IN NOMINE JESU!  
EXERCITATIONUM ETHICARUM  
DISPUTATIO XII.

*De*

# MAGNIFICEN-

TIA,

*Quam*

PRÆSES

M. JOHANNES *Deutschmant*

Jütrebocensis Saxo.

ET RESPONDENS


JOACHIMUS CHRISTIANI

Neo-Brandenburgensis Marchicus


*proponent publicē*

Ad d. 10. Decemb. In Auditorio Minori.

Horis pomeridianis.



WITTEBERGÆ,  
TYPIS JOHANNIS HAKEN, M.DC.LL.



I. N. J.

I.

**C**um illa virtus, quæ in modicis pecunijs dandis & accipiendis est occupata, nimirum *Liberalitas*, sit absoluta; secundum methodum Aristotelicam, ad eam nostrum sermonem recta dirigimus, quæ in magnis sumptibus τὸ ὑπέρνοι indicare, mensurare & observare videtur, & dicitur *Ethicis Magnificentia*.

2. Quia vero unusquisq; rei alicujus cognitionem indagatur, ante omnia nosse debet ejus principia, ex quorum notitia aliorum pender cognitione, ut habet *Zabarel de Nat. Scient.* c. 6. cum hic sit rerum omnia in natura intellectio aut cogitationis concinnus ordo, ut à simplicibus procedatur ad compposita, teste *Aristotele*, i. prior. c. 27. §. 5. hanc ob rationem in natura Magnificentie excolenda & enarranda nos primum omnium ad definitionem nominis convertimus; cum nominis definitio definitione rei magis simplex sit; immo vocum derivationes multum lucis ad rei naturam & proprietates cognoscendas conferre, testis est *Galen*. l. i. de Method. c. 2. & 3. & lib. i. ad *Thrasybulum* scribit. Sine nominis explicatione velle rem cognoscere, est tempus perdere.

3: Magnificentia nomen si examinamus, videtur ea à magnificendo, vel etiam à magnis sumptibus faciendis derivata (1) ratione subjecti: quia hujus virtutis cultores potissimum sunt viri magni & illustres. Nam magnos magna decent. (2) ratione objecti: quia circa magnos versatur sumptus. (3) ratione finis: quia magnum habet finem, dum vir magnificus potissimum in suis actionibus utilitatem publicam respicit. (4) ratione modi. Quia illæ circumstantiae, quæ hic sunt observandæ, magna sunt, & magnum accuratumq; requirunt judicium.

4. Variè autem sumitur Magnificentia terminus. (1) grammatis, & pre cuiusvis rei eminentia. Idq; vel ὄρης & in bonam partem, quæ ratione veris applicatur rebus & actionibus, ijs praesertim, quæ autoritatem conciliare videntur. Sic magnificè loqui dicantur,

A 3

qui

qui eleganter decenterq; compositis verbis loquuntur, ut magnificus sermo; item magnificus incessus, magnifica statura &c. vel Φαντασίας & in malam partem, cum Thrasones autoritatem, quam penitus non habent, sibi conciliare statagunt, solam cogitant, solam etiam spirant magnificentiam. (2) generice: hāc ratione ad quamvis videtur posse referri virtutem, quia sumitur pro dignitatis titulo, qui cuiusvis virtutis præmium esse videtur. Sic eos, qui in dignitate sunt constituti, ut Magistratus, qui generis nobilitate sunt illustres, ut Comites, Barones &c. qui magnis etiam virtutibus præ reliquis sunt ornati, solemus appellare magnificos. (3) Ethicè & propriè pro habitu virtuoso, qui decorum servat in magnis sumptibus erogandis.

5. Quoad Synonymiam, Magnificentia saepius dicitur Liberalitas, quatenus, hāc generalem obtinet significacionem. Græcis dicitur μεγαλωπέσσα δότης μεγάλης seu μεγάθυς, h.e. à magnitudine; & δότη περιτοιχος, h.e. decor. Ut ita quoad græcam appellationem & originationem Magnificentia nihil aliud sit, quam ejusmodi virtus, quæ περιτοιχος h.e. decorum in magnis sumptibus erogandis observare solet.

6. Hāc quæ de nomine sunt notata, non omnem sed rudem, saltem & superficiariam, minimè verò plenariam nobis suggerunt cognitionem. Ut ergo melius & exactius Magnificentie contempleremur naturam, eamq; totam exponamus, res ipsa & ejus definitio, in quā rei solet declarari natura, est adducenda & evolvenda. Desinitur autē ab Aristotele. I. 4. Eth. c. 2. n̄ μεγαλωπέσσα ειδη διπάνη ἐπιμεγάθης περιτοιχος h.e. Magnificentia est sumptus in magnitudine decorus. Nos talem producimus definitionem: Magnificentia est virtus moralis, qua servat mediocritatem circa sumptus majores.

7. In hāc definitione duo potissimum, ut verba ipsa inducent, continentur, nimirum Genus & Differentia. Generis loco positum est, quod sit virtus moralis. Non hic multas pro genere nostro asserendo & confirmando cumulabimus rationes, cum earum saepius in reliquis virtutibus fecerimus mentionem: sed duas, saltem questiones apud autores controversas hic breviter examinabimus. Prīor est: *de Magnificentia & Liberalitas differentia specie.* Negantium

classica

classem qui sequuntur suam confirmare sententiam conantur... (1)  
ab obiecto. Quia si spectemus objectum harum virtutum, est illud  
commune utriq; sc. τὰ καί μαρτ., circa hac enim utraq; virtus est  
occupata. Jam autem parum videtur obstarere, quod magnificentia  
magno, liberalitas vero parvos sumptus gubernet.. Accidente-  
rium enim hoc solum est discrimen.. Atqui accidentis ea vis non  
est, ut speciem constitueret valeat.. (2) à regula Philosophorum.  
Magis & minus, dicunt, non variari speciem.. Zabarel. I, de mist. c. 7.  
Haec autem virtutes saltem quoad magis & minus differunt.. E, non  
specie. (3) ab actionibus. Nam si paulo accuratius rem pensitemus,  
utraq; virtus in sumptibus faciendis occupatur..

8. Has rationes qui proferunt non obscuri sunt viri, de quibus  
ut nostrum feramus iudicium, penitus nec liber, nec licet, nec de-  
cet. Breviter saltem ad rationes allatas respondemus & sententi-  
am nostram firmiter rationibus confirmamus. Quoad primam dici-  
mus, Objectum solum nec differentiam nec convenientiam virtu-  
tum probare. Neque enim diversum diversas efficit virtutes, neque  
idem easdem potest constitutere virtutes. Sicut enim fortitudo  
non potest esse à ipsa distincta, quia circa diversa versatur objecta,  
nimur & circa terribilia & circa fiducialia; ita etiam si esset hic  
objecti identicas, non tamen hinc eadem specie efficeretur virtus.  
Cum omne objectum sit materiale, species autem non tam deter-  
minatur à materiali, quod pluribus potest esse commune, quam à  
formali, quod rem certam constituit, ab alijs distinguit & certas et-  
iam ipsi actiones tribuit.. Ad secundum respondemus, quod ma-  
gis & minus non varient speciem, si reliqua omnia sint eadem:  
quod cum hic non sit, minus commode etiam hæc regula h. I. ad-  
ducitur.. Ad 3. breviter monemus, quod actus non sine ipsum  
formale, sed potius ad ipsum materiale videantur pertinere. Actus  
enim isti dupliciter possunt considerari, absolute & in se, quatenus  
à formali distinguuntur & eidem subjiciuntur, ab eodem etiam in-  
formantur: & hac ratione virtutem vel constituere, vel distinguere  
nequeunt: vel concretè, quatenus jam sunt informati & cum medi-  
ocritate conjuncti, & hac ratione illud concedimus.

9. Ut autem nostram affirmativam plenius afferamus & sista-

mus, nostras rationes hac thesi allegamus. Differentiam specificam harum virtutum probamus. (1) ex virtutum divisione. Notum enim est quod virtutes aliae sint morales, aliæ sint intellectuales. Sicut autem intellectualis varias sub se continet species inferiores, nimirum intelligentiam, scientiam, Sapientiam prudentiam & artem; ita etiam virtus moralis non una est specie insimata, licet una sit specie subalterna, quippe quæ eadem ratione plures sub suo ambitu complectit species inferiores. Species autem ab Aristotle & omnibus Philosophis hæc recensentur undecim; Fortitudo, Temperantia, Liberalitas, Magnificentia, Modestia, Magnanimitas, Mansuetudo, Veracitas, Comitas, Urbanitas & Justitia. Et etiam specie differunt. (2) à reliquarum virtutum consideratione. Sicut enim Fortitudo & Temperantia, quia distinctè in virtutum enumeratione recitantur, sunt distinctæ species; item Temperantia & Liberalitas, ita etiam Liberalitas & Magnificentia specie distinctæ sunt virtutes ob eandem rationem, quia in virtutum serie, ut distinctæ species, recitantur. (3) à subjecti distinctione. Quæ enim subjectis differunt, dicunt Philosophi, etiam re ipsa differunt. At qui non idem est liberalitas & Magnificentia subjectum. Liberalitatem enim exercere quilibet potest, sed Magnificentia qui datur operam, non debet esse obscurus & plebejus aliquis homo, sed vice princeps, nobilis, aut alia in dignitate constitutus. (4) ab objecti conditione. Licet enim illæ Christi & Liberalitatis & Magnificentiae sint objectum, tamen non absolute ipsum Liberalitatem & Magnificantiam ingrediuntur. Sed ut dicitur, quando ad Liberalitatem referuntur, peculiariter determinantur, quod sint vel mediores vel minores: ita etiam non nisi cum hæc limitatione, quatenus sunt majores, Magnificentia possunt esse objectum. (5) à diversa mediocritatis applicatione. In eo quidem omnes convenient virtutes, quod mediocritatem assumant & observent: verum si illa generalis mediocritas posset aliquid obtinere, omnes virtutes morales, specie convenienter, quod nemo facile asserturus est. Videmus ergo quod virtutes distinguantur non illa mediocritate generali, sed distincta & speciali mediocritatis applicatione; aliis enim opus est in meiosis & circumstantiis in hac, alijs in alia virtute. Et hoc respectu

respectu tuto affirmare possumus, id quod etiam experientia ipsa, omnia rerum firmissima testis, confirmabit, alias circumstantias attendere virum magnificum, alias liberalem. Non enim ut rusticus panis particulam tradit mendico, ita etiam princeps offert sua munera viro honesto. (6) ex actionum diversitate. Liberalitas non versatur non tantum circa pecuniarum χρήσιν & δόσον, sed etiam circa earundem κατηγορίαν & λαθύρων; Magnificentia vero tantum circa χρῆσιν & δόσιν est occupata, immo non tam versatur circa δόσον, quam circa τὴν δαπάνην, & δαπάνην επέχεις h. e. circa sumptus & sumptuosas actiones. Unde recte scribit Acciajolus in l.4. Arif. c.2. Alia est recta ratio, que mensurat actus liberalitatis; & alia, que mensurat actus magnifici. Alius ergo & diversus est modus utriusq. virtutis. (7) ex finis differentia. Nam liberalis privatum saltem respicit commodum. Magnificus vero utilitatem intendit publicam. Hinc Acciajolus dicit eandem assert rationem, dum fine has virtutes differre probat, quia ex liberalitate sequitur opus gratum huic vel illi; ex magnificentia vero opus commune & publicum, tum magnum, atque decorum. (8) ex distincta diuina & scriptura & consecutione. Ominus quidem Magnificus est liberalis, sed non omnis liberalis est magnificus. Si sc. liberalitatis vox generali in significacione adhibetur. (9) ex diverso, quem sortiuntur, respectu. Nam Liberalitas referunt tantum ad alios, cum nemo possit dici liberalis erga se suosq.; Magnificentia vero quandoq; ad ipsum magnificum, vel ad eos, qui sunt Magnifici, referuntur. (10) ex distincta definitione. Alia enim liberalitatis, alia magnificentiae est definitio. Cum autem definitio sit naturae seu essentiae explicatio, deprehendimus aliam liberalitatis, aliam magnificentiae definitione naturam indigitari.

10. Posterior est: An Magnificentia sit Liberalitatis virtus heroicæ? Affirmativa videtur favere Piccolomini gr. 4. Phil. Moral. c. 49. dum eam culmen & quasi apicem liberalitatis appellat, id quod heroicæ virtuti proprium est. Verum non haec hoc in Joco Piccolomini mente est, sed quemadmodum ex contextu patet magnificantiam, ut maximam liberalitatem commendat. Dist. igitur est, inter virtutem Heroicam, quatenus sumitur pro omni excellen-

te vir-

et virtute, & hac ratione Magnificentia & Magnanimitas possunt  
dici virtutes Heroicæ : & quatenus sumitur pro excellentissimo fin-  
guarum virtutum splendore : & ita Magnificentia non est liberali-  
tis virtus Heroica, sed ut Heroica virtus datur in liberalitate, ita  
etiam datur virtus Heroica in Magnificentia. Imò cum Heroica  
liberalitatis virtus ab ipsa liberalitate non differat specie, ut alibi ob-  
stenditur ; Magnificentia autem liberalitatis specificum admittat  
discrimen, ut antea dedimus probatum, inde facile colligere possu-  
mus, quod negatiu affirmativā sit potior, sit verior.

11. Differentia desumpta est, partim à materiali, partim à for-  
mali. Materiale est vel internum nim: appetitus, qui circa erogationem  
magnorum sumptuum versatur : id quod patet. (1) ex generali virtutū  
naturā. Omnia enim virtutum officium est, affectus nostros  
coercere, appetitum nostrum confirmare. Cum ergo Magni-  
ficentia sit virtus, habebit ejusmodi objectum internum. (2) ex  
speciali Magnificentia ἐνεργείᾳ. Consistit enim Magnificentia in  
magnorum sumptuum erogatione : quæ erogatio cum sit virtuo-  
sa, adeoq; spontanea, præsupponit etiam appetitum interiore  
per hanc virtutem dirigendum. (3) ex Magnificentia officio. Offici-  
um ejus est τὸ ὄπεντον observare : τὸ ὄπεντον autem observatur in iis,  
ubi alias vel exceedere vel deficere solemus. Hoc vero contingit in  
appetu, dum vel plus, vel minus appetimus. E, etiam circa app-  
petitum versatur Magnificentia.

12. Vel externum, nimirum Magri sumptus. Quod enim  
Magnificentia versetur circa sumptus majores probatur. (1) ex  
ipsa appellatione. Dicitur enim Magnificentia, quia circa magna  
versatur, quia magnos sumptus facit & in magnis pecuniis erogan-  
dis mediocritatem observat. (2) ex Magnificentia à liberalitate  
distinctione. Quod enim specie differat Magnificentia à libera-  
litate, hoc ipsum antea probatum. Liberalitas autem versatur  
circa mediocres. Ergo Magnificentia versabitur vel circa parvas,  
vel circa magnas. Non illud, quia esset manifesta contradic-  
tiō in adjecto. E. solum hoc manet, quod circa magnas divitias ea  
sit occupata. (3) ex finis consideratione. Quia enim finis Ma-  
gnificentia publicus est: publica autem non parvos sed magnos re-  
quirit.

quirunt sumptus, hinc facile colligimus, quod in majoribus sumptibus ea reperiatur. (4) ex subiectis consideratione. Magni viri Magnificentia sunt subiectum, eamq; exercent. Magnos autem magna decere,

13. Formale explicatur tū per positionem, tū per remotionem. Illa consistit in circumstantiarū enumeratione. Ipse n. Ariss. l.4. Eth. c.2. scribit: Magnifici sumptus magni sunt & decori, ideo & ejusmodi sunt opera. Ita enim sumptus magna erit & operi congruus. Ut opus sumptu dignum, & sumptus opere dignus esse, aut etiam exasperare debeat. Talia sane magnificus expender honesti causa: hoc enim virtutibus communis est &c. Ex his & sequentibus luculentissime apparet, quod variarum circumstantiarum observatio penitus sit necessaria. (1) Personae: ubi habenda ratio partim virtutis: nat' aptitv j. rō oēgōs h.e. virtutis est, quod recte sit, inquit Aristoteles. Partim possessionis: ubi requiritur opum magnitudo, earumq; legitima acquisitionis & possessio. Debet enim eos, inquit Philo. d. l. Magnificentia, quibus magni sumptui jam ante exinerint, vel à se, vel à majoribus, vel ab iis, qui ad ipsos pertinent. Ob quam rem à Magnificentia etiam excludit pauperes, quod iis magni sumptus non sint, de quibus decenter multos sumptus faciunt. Partim dignitatis. Sic etiam requirit nobiles & illustres personas, & quae sunt hujusmodi. Item viros celebres, factorum magnitudine claros, unde facile colligere licet, quod plebeji, obscuri, & insani homines non possint esse magnifici. Rectissime ergo noluerunt Thebani, urbis suæ mœnia meterriculæ sumptibus restituiri, quod eam neq; honestam, neque opibus honeste partis instructam novissent. (2) instrumenti, sumptuum sc. qui ut sint magni, copiosi, largi, prorsum est necessarium. In his autem decorum obseruet oportet is, qui vir magnificus vult haber. Licit magnes magna deceant, tamen quo major est magnificus, et majores etiam faciat sumptus. Sic maiores sumptus decent Cæsarem, quam Electorem, Electorem quam principem &c. (3) finis. Ut enim omnes reliquæ virtutes solam respiciunt honestatem, ita neq; lucri, neq; favoris, neq; ostentationis, sed solius honestatis gratia, Magnificentia opera esse perficienda, assertit Arist. dum inquit: δαπανησε τη γιαντη ο μεγαλοπρε-

*τοις Συναλλαγήσιν.* (4) *Locis*, qui potissimum sit publicus. Cum enim magnificus potissimum splendorem respiciat, magnificentiae opera non possunt in angulo, aut alio privato loco peragi, cum talia nemini splendida, sed potius obscura videantur. Deinde cum maximè publicorum negotiorum suscipiat curam Magnificentia, publicum etiam requirit locum. Nā sicut privatae privatis, ita etiā publica publicis convenient locis. (5) *Temporis*. Sic tempestive talia sunt suscipienda, neq; illud expectandum est tempus, donec nos ipsa cogat necessitatis. Nam ea, quæ sunt maximè necessaria, minime videntur magna & splendida. (6) *Effecti*. Magnificus enim diligenter considerare debet, in quas res velit facere magnos sumptus, quia non in res quaslibet suas opes temere profundere debet. Sunt autem talia opera in duplice differentia vel *sacra* vel *profana*. *Illa* sunt, quæ propter cultum divinum à magnifico viro instituuntur, ut sunt templia, altaria, sacrificia, vestes sacrae, campanæ, calices & similia utensilia sacra. *Hae* vero sunt vel *publica* vel *privata*. *Publica* sunt, quæ ad publicum civitatis faciunt usum & ornamentum, ut menia, euria, via publica, theatra, porticus &c. *Privata* vero ad ipsum magnificum spectant & ejus familiam. Philosophus autem quintuplicia Magnificentiae privata recenset opera. (1) quæ semel tantum sunt, aut non sibi, ut nuptiae. Huc pertinent honores Magistratus e. g. consulatus, praetura: item honores literarij, Magisterium, Doctoratus. (2) quæ tota civitate vel omnibus cibis sunt, ut sunt solennia convivia & celebrationes festorum. (3) quæ hospitalitatem respiciunt, in excipiendis & honorificè dimittendis hospitibus. (4) quæ ad domum viri Magnifici pertinent, quæ ut splendida sunt, pro ratione facultatum, necesse est. (5) quæ domus exstructionem & exornationem splendidiorem reddere solent.

4. Tantum de Circumstantiis, sequuntur extreme, quæ mediocritatem Magnificentiae removere dicuntur. Alterum, in excessu dicitur *Luxus*, qui est vicius moniale, quod peccat in excessu circa sumptus maiores. Peccamus hic (1) ratione materia, quando in res quaslibet sumptus splendidos adhibemus, ut si quis coquos purpura

purpura ornaret, nosocomia è marmore exstrueret, aut equis & canibus sumptuosa sepulchra institueret. (2) ratione forma, quando magnifici sumptus sunt inepte & præter decorum. (3) ratione finis, quando non honestatis, dignitatis aut necessitatis publicæ, sed vanæ tantum jactantia & ostentationis gratia sumptus magnos suscipit Magnificus.

5. Alterum in Defectu & dicitur Sordities, quæ est vitium momle, quod peccat in defectu circa sumptus majores. Hic peccare solent homines. (1) in Ingressu. Cum nimis diu in sumptibus erogandis cunctantur, ringuntur & anguntur, quia, per minores hoc posse perfici sumptus, sibi persuasum habent. (2) in progressu: quando cum molestia, cum gemitu & dolore sumptus erogat, semperque justo se majores expendere existimat, ac propterea in medio laepius opere deficiunt, opusq; imperfectum relinquent. (3) in Egressu. Ut si ex intempestivâ parsimonia, opere jam fermè absoluto, exiguo sumptus vellet omittere, & hac ratione omnes priores sumptus perderet. e. g. Si magnifice exstructa domo, quis velle fenestras, fornaces, aliaq; minoris precii negligere, & ita totum ædificium corrumpere, meritò hujus vitij is argui posset. Tantum etiam de Magnificentia.



JOACHIMUS CHRISTIANI  
narrator, i in T.  
SCIT HORIS UTI: HINC AMA.

**Q**ui benè scit studiis horas impendere eunatas,  
Hunc omnes docti, Phœbus & ipse, probant.  
Aspice Hunc annis Juvenem, non arte; probando;  
Qui studii fructus monstrat, & antè dabat.  
Hicce Scit uti horis: Hinc respondendo paratum,  
Quicunque auscultas, Hunc Sapienter ama.

J. Hurtger

**K**irrger Gemüther ermunterte Seelen  
Dringen Sich freudig zum Phœbus Zelt hin /  
Da man austheilet der Tugend Gewinn /  
Gleichen der Dunkelheit finstere Hölen.  
Wollen gezehet mit unter die seyn /  
Derer Ruhm schallt in Thulen hinein.

2.

Iko verspüret man eure Gedanken  
Söhner / was Arbeit vnd stetiger Fleiß  
Wolten / vnd mancher ausdringender Schweiß  
Fahrer hinsucho so fort ohne wanken /  
Denn solt Ihr haben / was Tugend gebührt /  
Was euer Lob auch zum Sternen-Heer führt !

Also wünschte wohlmeinend

George Wolfgang Steyer.



00 A 6706



Se

Retro V

VD 10x



B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



INE JESU!  
ITATIO-  
AS, PUBLICIS  
ATIONIBUS PRO-  
ITAS,  
OMIA VVITTEBERGENSI  
MPLISSIMO PHILO-  
COLLEGIO,  
um leco Philosophicarum  
um Studiosos  
Julie  
S. Deutschmann /  
ensis Saxo.

BERGÆ,  
Haken, 1630.